

C. S. SCHVRZFLEISCHI
DISPVTATIONES HISTORICAE CIVILES,

Collectae, et VNO VOLVMINE
coniunctae,

antea publice habitae,
nunc denuo editae,

CVM ADDITAMENTO,
ac duplici Indice.



CVM PRIVILEGIO SERENISS. ELECT. SAXON.

LIPSIAE,
Sumptibus NICOLAI SCIPIONIS, A.O.R. cIↄ Iↄc IC.
PRELO CHRISTIANI KREVSIGII.

VIRIS
SPLENDORE GENERIS, ET
MERITORVM GLORIA
ILLVSTRIBVS,
MAGNIFICIS, STRENVIS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS,
DN. PRAETORI,
DNN. CONSVLIBVS,
DNNN. SCABINIS,
SYNDICIS ET SENATORIBVS,
INCLVTAE ET PER ANTIQVAE
IMPERIALIS LIBERAE CIVITATIS
FRANCOFVRTENSIS,
VSV RERVM, ET REGENDI PRVDENTIA LAVDATISSIMIS,
DOMINIS AC MECOENATIBVS
MEIS, SVMMOPERE COLENDIS
PARITER ATQVE OBSERVANDIS.

VIRI ILLVSTRES,
Magnifici, Strenvi, Nobilissimi, Amplissimi Prvdentissimiqve.



On caſu, ſed divino conſilio factum eſt, ut vna totius Germaniae Vrbs, auguſti dignitate auſpicii, praeſtaret ceteris, et omnes omnium prope vrbium fortunas complecteretur. Qvae eo minus in caligine temporum et tenebris latere potuit, qvo ſanctioribus rerum primordiis coepit, et conſecrata eſt, qvoqve pluribus ſeculis et

aeta-

aetatibus originis ſuae gloriam corroboravit. Praeterqvam enim qvod locum facile principem tenet, et auguſtis conditoribus praeſtantiam ſuam tuetur, illud etiam, velut palladium qvoddam, tributum vobis et conceſſum eſt, qvod aurea illa ſanctio, qvae Carolum IIII. legislatorem praefert, fidei veſtrae tradita, documento eſt eximiae cuiusdam auctoritatis, et praecipui in communi patria honoris. Nam ex tanto Vrbium Imperii numero, delectum, et perpetua lege conſtitutum eſt Francofurtum, qvod primum creandis Impera-

peratoribus domicilium praebeat; eosqve ante ſacras Imperii infulas, et regni inſignia, religionis atqve officii plena excipiat, ac tantiſper retineat, dum feſto ritu perficiantur ſolemnia et abſolvantur. Magnum hoc praecipue Francofurti decus eſt, maiorum beneficio conſtitutum, et ab ultimis usqve reipublicae initiis conſtanter et inviolate ſervatum, Regumqve et Imperatorum conſenſu ac teſtimoniis firmatum, et multis etiam ac locupletisſimis privilegiis, qvae ultra hominum aetates et ſecula patent, auctum pariter atqve exornatum.



DISPVTATIONVM
HISTORICO-POLITICARVM
CONSPECTVS.

XXIX. [B]

XXIX. (B) Appendix ad eandem Vitam etc.
XXX. VVittekindus Magnus.
XXXI. Fridericus III. Sapiens, Sax. Elector.
XXXII. Ad *Ligurini* (Guntheriani) VII, 100. de Henrico Leone.
XXXIII. Ivonias,
XXXIV. Mucianus, auctoritati Principis consulens, *ex Tacito* Hist. II, 76.
XXXV. De Sirmio.
XXXVI De Vitricis Ecclesiae, *ad duo diplomata Ascania* etc.
XXXVII. Stricturae ad historiam Herfordiae pertinentes.
XXXIIX. De Belgardia Pomeranorum.
XXXIX. De COSS. SQ. speciatim Cibiniens.
XL. De Induciis.
XLI. De Actionibus Turcarum, ex Prudentia civili.
XLII. Maris Servitus.
XLIII Ius belli circa fana et sepulchra.
XLIV. De eo, qvod interest abdicationis Principum.
XLV. Stephanus Razin, Cosacus perduellis.
XLVI. Propositiones Historico Geographicae *(de Transylvania.)*
XLVII. [A] Propositiones Historico-Chronologicae [*de Olympiadibus*]
XLVII. [B] Dacia Consularis.
XLVIII. Propositiones [de Peloponeso.]
XLIX. Qvid expediat Imperio?
L. Venerum Regimen, ex historia civili.
LI. De vera origine superiorum motuum Belgicorum Epistola ad Philippum II. Hisp. R. ex sermone Belg. in Latinum conversa. Recensuit, ac notis illustravit C. S. S.
LII. De Nino Vrbe.
LIII. De Templorum antiqvitatibus.
LIV. Veterum instituta Druidum.
LV. Characteres Eventorum, ad decidendum illustres controversias pertinentium.
LVI. Characteres Eventorum, qvatenus utilium.
LVII. Characteres Eventorum, qvatenus ad rationes imperandi pertinent.
LVIII. Assyrio-Chaldaeorum primordia.
LIX. Imperii Medo-Persarum initia.
LX. Origines inclutae Silesiorum Vrbis Lignicii.
LXI. Propositiones Historico-Geograph. [*de Hungaria etc.*]
LXII. Propositiones Historico-Geograph. [illegible]c.
LXIII. Tmemata, qvibus primi Christianorum Imperatoris antiqvitates illustrantur.
LXIV. De Philippis Augustis.
LXV. De antiqva Saxonum dignitate.

His rebus in tantam ſe altitudinem vrbs extulit, ut Romae inſtar TRANS-RHENANAE omnes alias vrbes anteiret, Regumqve palatio culta, et regio auſpicio inſignita, nullius in Principis ditionem veniret, neqve tot et tantis beneficiis ſe indignam redderet, et opera ac fide ſua magnum Imperio robur, et dignitati ſuae ſplendorem afferret. Qvo enim fuit in tuendis patriae officiis conſtantior, eo plura auguſtae benignitatis ſigna et monimenta accepit, eoqve maiori in honore habita eſt, et una ex omni ſeculorum memoria altius ſe eve-

xit. Itaqve huic uni contigit, ut antiqvissimis Germaniae Regibus ad habitandum commodissima, ad consultandum aptissima, ad eligendos Germaniae Reges opportunissima videretur. Nemo enim tam peregrinus in patria sit, ut nesciat, illic incoluisse Reges, et habuisse comitia, et res maximas gravissimasqve explicuisse. Multum refert, ut posteri sciant, Carolum Magnum Francofurti comitia egisse, et Ludovicum eius filium saepe eo venisse, et curas ibi molestiasqve suas lenivisse: Ludovicum deinde Germanicum hic aulae domicilium,

cilium, et rerum Germanicarum caput conſtituiſſe, dulcedineqve loci captum, et publicae utilitatis ratione ductum, hac in vrbe et commorari, et habitare voluiſſe. Poſtea vero, qvam haec ſedes mutata eſt, antiqva nihilominus vrbis dignitas, et inveterata Reges creandi conſvetudo, et par gloriae fortuna manſit, qvam ipſa qvoqve intuetur aeternitas, et tot rebus praeclare geſtis, etiamnum conſervat. Nam vicisſitudines, qvae Caroli Crasſi tempora conſecutae ſunt, nihil de inſtitutis reipublicae, ne minimum qvidem de privile-

giis et ſplendore civitatis detrahere potuerunt. Tantum abeſt, ut Saxones et Salici qvicqvam immutaverint, ut etiam benigne foverint, et filiae inſtar veſtratem illam Civitatem dilexerint, hoc magis, qvod natalem ſalutis publicae ab illa deduxerint, et auſpicato numerarint. Omnium maxime Hohenſtauffii ſummis eam beneficiis complexi ſunt, atqve inter hos Fridericus II. Friderici Ahenobarbi nepos, ſuperiorum exempla Auguſtorum ſecutus, regias immunitates confirmavit, et honores auxit, mercatuqve publico, et nundinis

nis generalibus Francorum vadum nobilitavit, ut Moenum Rhenumqve commerciorum ſocietate coniungeret, et ductis a mari opibus, communem patriam ornaret. Qvod decus Francofurto ſervatum, grata recordatur poſteritas, et Auſtriorum miratur prudentiam, qvae iam inde ab initio conditoris Auguſtae ſtirpis Rudolphi eluxit, et in gravisſimis Imperii negotiis perſpecta eſt, atqve haud obſcurius in amplificandis vrbium fortunis apparuit, ſed vobis eo teſtatior extitit, qvo voluntas ad commoda veſtra propenſior fuit. Haec

enimvero gens ſimulatqve rerum potita eſt, Francofurtum in oculis tulit, cuius non ambiguam fidem cognovit, et conſtantiam exploravit ſingularem, praeſertim eo tempore, qvo hoſtes ferrum flammamqve patriae minitabantur. Haud magis ſibi, qvam moenibus veſtris Auguſta domus timebat, ſuamqve et Germaniae dignitatem cum ſalute veſtrae coniunctam putabat, et qvicqvid periculum, aut motum reipublicae afferre potuit, conſilio et opera, excitis ad defenſionem vicinis, perauſpicato avertebat, aras, domos, forum, curiam,

ſedem

ſedem conſilii publici, ſacrarium iuris et arcem libertatis, Regumqve illud vetus domicilium et Imperatorum palatium, in amoenisſimo vrbis loco ſplendidisſimum, cuſtodiebat, et neqvid curae deeſſet, per literas Vos et nuncios confirmabat, idqve ad ſuam, et Imperii tutelam pertinere iudicabat. Talis vero tantusqve honor et in vitae luce maximus, et merito vobis habitus eſt, ut, qvantum patriae per vos acceſſerit, in omnium ſeculorum memoria vigeat, et aeqvisſimo poſteritatis iudicio comprobetur. Qvae res auctore et parente feli-

citatis Deo immortali confecta eſt, qvando aſsiduitate et induſtria non modo ſtatum Civitatis integrum et incolumem praeſtitiſtis, ſed etiam difficili tempore, et ancipiti diſcrimine patriae opitulati eſtis, et honeſti contentione officii, ne Principibus qvidem conceſsiſtis, eaqve agendi ratione omnium in vos ſtudia et animos convertiſtis. Haec veſtrae Civitatis inſignia ſunt, et ornamenta non fucatae laudis, qvae fixa in animis, et fundata in loco et genere inclyto, nec caſus eripit, nec fortuna aufert, qvin ipſa his cedit invidia, et fracta

langvet, qvum omnia ſic videt comparata virtutis praeſidia, ut omnibus virtute praeditis, certisſimum ſit perfugium, tutisſimusqve portus. Felicem vero rempublicam, cuius ea conditio eſt, ut nullae eius partes inter ſe disſideant, nec rationibus diſtrahantur, ſed coniunctae inter ſe, amori ſatisfaciant, mutuisqve ſeſe officiis proſeqvantur. Atqvi hoc felicitatis genere inprimis gloriatur Francofurtum, cui ad ſummam concordiae gloriam nihil deeſt: Senatus auctoritate et imperio praeſtat, leges expromit et vindicat, ſciſcit et exeqvitur, viri-

bus et auxilio promptus. Cives obſeqvendi deſiderio excitantur, et morem gerunt, fide integri, et induſtria alacres, freti Procerum conſiliis, et conſtantia ſua firmi, atqve hac laude, ab aliorum civium turba ſeiuncti. Praeſens vidi, et admiratus ſum ſanctisſima civitatis inſtituta, et ſapientisſima Patrum conſilia, ſimilimasqve Civium voluntates et ſententias, tum inprimis illorum ſine oſtentatione ſplendorem, horum qvoqve elegantiam et ſingularem cultum. Prudens omitto cetera ornamenta, qvae a literis accedunt, et uſu ac

lon-

longinqvis itineribus parantur: in his enim facileprimas tenent, et alii aliis haec inſtrumenta exercendae virtutis praebent. Iam de togae ſtudiis omnes conſentiunt, qvos fugere non poteſt, qvae ratio ibi conſtituta ſit diſciplinae militaris, qvae ſolertia exercitationum caſtrenſium, qvanta peritia aggerum et vinearum, qvi machinarum apparatus, qvanta impendia operarum, qvae comparatae a vobis et miſſae, in obſidionibus vrbium et conflictibus fere palmam tulerunt. Summa haec rei bellicae opinio fortitudine et pru-

dentia diutissime confirmata est, qvam maiestas eius loci deposcit, in qvo tot familiae et gentes non ignotae, non obscurae, nec domi suae inertes, sed ortus genere famaqve nobiles consederunt, maiorumqve gloriam vigiliis, laboribus, factis, vel instaurarunt, vel magis exornarunt. Illud autem divino munere partum decus, Filii vestri in conspectu habent, et eadem via ad paternos honores nituntur, in qvibus expressam vestrae laudis effigiem non hic tantum, et in Germania, verum etiam apud exteros, in Latio atqve Italia, in Gallia et Belgio, in Britannia, et regionibus plurimis vidi, ab eorumqve indole et qvasi aetatis vere, maximos fructus, et sapientiae messem auguratus sum, qvi deinde in patriam reversi, honoribus effloruerunt. Tum vero eius Civitatis ornamenta qvotidie in oculos incurrunt, et im-

plici-

plicita cum Imperii negotiis, coniunctaqve finitimorum Principum rationibus tractantur rite et conficiuntur: illuc Legati ad Comitia tractus Rheni veniunt, et de ſalute publica deliberant: illuc negotiorum principes ſe invitant, qvi futura cogitatione praecipiunt: illuc commeant Delegati Senatus Imperii, et de graviſſimis, maximiqve momenti rebus conſultant: illuc exteri, ac ſaepe extorres confluunt, et communem libertatis ſedem qvaerunt: alii formam Civitatis, exqviſitum ordinem, et recti moris diſciplinam collaudant: alii templum conſilii publici mirantur. Multos loci ſitus elegantiaqve tenet: multos allicit mercatus, tota Germania florentiſſimus: aliqvos copia omnium rerum delectat, aliqvos varietas librorum, qvi ex omni orbis parte advehuntur, permulcet. Vt nil dicam de bibliotheca, qvam condidiſtis,

instructissima, et tot Musarum scriniis, qvae pro summo in literas amore et studio, insigniter locupletastis. Haec et alia consideranti mihi religio iniicitur, et meritorum, qvae non asseqvor, magnitudo scribenti obstat, atqve epistolae huius, qvae literarium munus offert, modum facere et finem iubet. Non eqvidem illud magnum, neqve in pretio habendum est, si molem eius reputo et pondus, sed si animus aliqvam ei conciliare gratiam potest, summae profecto observantiae significationem dabit. Multae hanc in mentem causae me impellunt, qvarum duae mihi praecipuae videntur; una, qvod humaniores doctrinas, qvae vulgi iudicio in vilibus numerantur, suffragatione vestra defenditis, et auctoritate a contemptu et barbarie vindicatis: altera, qvod omnium qvoqve aetatum exempla non

inspi-

inſpicienda leviter, ſed penitus etiam perſcrutanda cenſetis, ac de luce illa temporum hiſtoria, praeſertim civili et patria, praeclare exiſtimatis, qvae ut in rerum uſu valet, et ſigillatim ad honorem Germaniae pertinet, ſic in veſtra potiſſimum Civitate locum, et dignitatem priſtinam recuperavit. Idcirco Vos prae aliis, et merito delegi, qvorum ſub nomine et auſpicio, hoc Volumen in lucem exiret, atqve in manus eruditorum hominum veniret, illis demum prodeſſet, qvi in hiſtoria noſtrae nationis et gentis operam locarent. Veſtra ceteroqvin domi foriſqve ſpectata virtus, perfectum reqvirebat induſtriae monimentum, ſed qvia id iuſto operi ſervandum eſt, in pietate, qvae bonos conatus culpae abſolvit, conqvieſco, et ingrati etiam animi notam effugere cupio, hoc inprimis nomine, qvod mihi, ſuperioribus annis Vrbem tranſeunti, ſummam et benevo-

len-

lentiam, et humanitatem teſtatam eſſe voluiſtis. Deus praepotens, qvi nutu ſuo omnia regit, et res humanas moderatur, fortunam Civitatis publicam, fidei et curae veſtrae commiſſam, ab iniuria temporum defendat, atqve optima et ſanctiſſima inclyti Senatus veſtri instituta cuſtodiat, conſilia et labores in adminiſtrandis conficiendisqve negotiis fortunet, Veſtras qvoqve familias nobilitate, gratia, meritis florentes, contra qvosvis triſtes funeſtosqve labentis ſeculi caſus firmet, Vos deniqve ipſos in ſinum tutelamqve ſuam receptos, ſub aeqvo et iuſto AVGVSTI Imperio, ad immortalem poſteritatis gloriam conſervet, ac perpetua et ſtabili felicitate frui patiatur. Ex Leucorea Saxonum cIɔ Iɔc XCIX. Eidibus Ianuariis.

Inclyti Senatus, et Magnifici Ordinis Veſtri

ſumma animi religione devinctiſſimus
atqve obſervantiſſimus
C. S. SCHVRZFLEISCHIVS.



AD BONVM ET BENEVOLVM LECTOREM.



On meo, ſed Amicorum conſilio factum eſt, ut volumen hoc diſputationum, qvarum multae iam deperierant, nec paucae, minores praeſertim, animo meo exciderant, in aſpectum lucemqve eruditorum paene invitus proferrem. Qvod cura atqve induſtria hominis docti, atqve his ſtudiis dediti, et mei inprimis ſtudioſi, cuius volentis nomen taceo, collectum ac diligenter ſervatum, a ſolitudine et ſilen-

tio se qvodammodo vindicare coepit. Cumqve tandem interpellantibus vix obsisterem, rationibusqve vinci me paterer, varia tamen itinera et occupationes me retardarunt, et prope de superiori sententia deduxerunt, maxime impedimenta operarum, qvae saepe mihi tam permolesta acciderunt, ut ea non expedire, nec removere ulla ratione solertiaqve possem. Atenimvero hortatu qvorundam exterorum, et rogatu qvoqve familiarium, persvasu deniqve et inductu nostratium hominum, et inprimis diligentissimorum in me

audi-

audiendo Civium, revocavi animum ad perficiendum edendi voluminis institutum, et constantia molestias qvaslibet superavi, instante et urgente, sumptusqve, qvos operae efflagitabant, suppeditante NICOLAO SCIPIONE, Cive et Bibliopola Lipsiensi, integrae existimationis Viro, inter qvem et me sic convenit, ut volumen hoc sibi haberet, eoqve non secus, ac suo et proprio, deinceps uteretur. De labore, ut huius qvoqve ratio iniri debet, admonendus est, qvisqvis haec leget, me, priusqvam exiret volumen, hunc divulgandi modum

con-

constituisse, ut tyrocinio aetatis posito, et comparatis locupletioribus doctrinae subsidiis, disputationes selectæ magis et elaboratae excuderentur praelo, et manibus tererentur. Verum bibliopolae, omnes et singulas flagitanti, qvasiqve extorqventi, sive utilitatis, sive alius rei causa, aliter visum est, cui repugnare non potui, me autem spes aeqvitatis, et fiducia laboris non prorsus inutilis, et honesti profecto consilii, bonaeqve mentis conscientia sustentat prorsus, et magnopere consolatur. Vale, et utere feliciter ac prospere, atqve ex animi sententia omnia, qvaecunqve voles, age.

DISPVTATIONVM
HISTORICO-POLITICARVM
CONSPECTVS.



Additamenta ad Disp. I.

REgnum Germaniae est toto orbe praestantissimum, et auspicio originis, ac praerogativa antiqvitatis nobilissimum, et acqvisito Romanorum Imperio, ac delato *Augusti* titulo, inter omnia qvoqve imperia splendidissimum, nominisqve huius indicio, et singulari elogio sanctissimum, ac in societate gentium, inprimis moratiorum et Christianarum praecipuum, eaqve dignitate et eminentia ab omnibus imperiis et regnis distinctum.

Primus *Augusti* titulus cum primo acqvirente C. Octavio coepit, et iudicio non rudis et imperitae multitudinis, sed populi heroi et principis, qvi aliis populis Reges dabat, et decreto Senatus, qvi Regum instar, in Vrbe rerum domina curabat, attributus, et proprio ac perpetuo iure servatus est, ut imperium, omne humani imperii fastigium excedens, hoc titulo teste declararet. *Id qvod constat ex Tranqvillo, Dione Cassio, Xiphilino, Constantino Manasse.* Praeter qvos Cicero huius vocabuli proprietatem, adiecto nomine idem significante exponit, et *sanctum augustumqve* coniungit, *in Tusculan. qvaest. lib. V.* Hoc argumento Livius, Romulum *habitu se augustiorem fecisse* tradit, *qvod se venerabilem insignibus imperii fecisset, lib. I. c. 8.* Idem hoc colligitur ex Plinio, Censorino, Cassiodoro, et conseqventium temporum scriptoribus, qvi verbum *augendi* sacrum, et ex disciplina augurali sumptum non ignorarunt, et data occasione, alii post alios explanarunt, aut certe inficiari non

potuerunt. Idcirco in plerisqve Romanis inſcriptionibus cognomen *auguſtorum* Diis additum eſt, et templa, in qvibus Dii colebantur, *auguſta* veteres appellarunt. *Livius l. I. c. 29. Lampridius in Heliogab. cap. III. Etiam Ovidius, rei Romanae, et ritus antiqvi peritus, Faſtor. lib. I.* Dixi autem paulo ante populum Romae *heroum*, auctoritate *Themiſtii in orat. XIII.* et praecipue Dionyſiii Halicarnaſſei, affirmantis coloniam Alba ductam, non ex grege fugitivorum hominum, ſed ex flore nobiliſſimorum civium, qvi genere et virtute maiores ſuos referebant. In his ſemen et fundamentum novae et Martiae Vrbis fuit, qvibus deinde magna, ſupervenit turba hominum, aperto Romuli aſylo, undiqve huc delatorum, *Liv. l. I. c. 8. Virgilius Aen. VIII. Ovid. Faſt. I. Iuvenal. Sat. VIII.*

Poſt Octavium, Claudios, Flavios, et Antoninos, *Semper Auguſti* titulus aſcitus et receptus, ac titulo triumphatoris ſubiunctus, et C. Septimio Severo adſcriptus, ſed Conſtantiniano, inprimisqve Theodoſiano aevo magis invaluit et freqventatus, ac deinde conſtanter ſervatus, atqve Imperatoribus, etiam Germanicae nationis attributus, ac perpetua lege continuatus, omniumqve gentium ac populorum ſcito comprobatus fuit.

Inſcriptio Severi, qvamvis mutila, et in Iani Gruteri theſaurum relata, atqve exinde a Felice Oſio repetita.

PROPAGATORI. ORBIS.
AC. ROMANAE. REI.
\- - - - - *
VICTORI. AC.
TRIVMPHATORI.
SEMPER. AVG.

** forſan, RESTITVTORI. qvod cum ſenſu et ſtylo congruit.*

Orbis hic intelligitur Romanus, iure imperii veteris conſtitutus, qvia Rom. Imperium, qvod ad Francos Germanosqve delatum eſt, non iisdem, qvibus antiqvum illud, finibus continetur. Ius ceteroqvin Imperatorum Rom. adhuc in eo competit

petit et superest, qvae Romani tunc habuerunt, cum Imperium ad transalpinos, primum Francos, deinde ex diversa acqvirendi causa, ad *Teutonicos* deferretur. Nam ne integra qvidem Italia erat in ditione imperii Romani, cum ei caput ex Francis Germanisqve statueretur, propterea qvod Italia Langobardica diu ante subtracta fuerat, ut non multum abesset, qvin ipsa imperii sedes a Langobardis interciperetur, nisi Franci subsidio venissent, Romamqve servassent, eodemqve postea exemplo Teutones in libertatem vindicassent. Auspicio igitur Augusti Imperatoris, et potestate Caesarea non designatur ius ad occupanda omnia et recuperanda, qvae ad imperium vetus pertinuerunt. Neqve enim successio in locum plus tribuit, qvam is tunc habuit, qvum in eius locum successio acqvisita et facta est, qvae ratio acqvirendi hic valet, qvando Franci non plus acqvisiverunt, qvam Imperatores Graeci Romani ante eos obtinuerunt, id est, summam potestatem, qvae et Romae veteris, et patrimonii sacri terras atqve oppida cum ipso Vrbis Antistite comprehendit. Qvod Francorum ius omne postea Ottoni magno, Germanorum Regi partum et confirmatum est, non ratione successionis et Karolini sangvinis, sed ex alia habendi causa, et pleno belli iure, qvo summum illud perpetuumqve cum augusto splendore coniunctum dominium, non suae duntaxat familiae, ut Francis usuvenit, sed universae Germanorum nationi, et omnibus adeo in regno Germaniae successoribus, sine ulla revocandi facultate, et perpetuo mansurum. Nihil hic Francis, nedum Capetinis, ereptum est, eo qvod Reges Carolinae stirpis adhuc viverent, neqve Langobardis Imperatoriam dignitatem suscipientibus obsisterent, neqve ab excessu Arnolphi repetendae eius indicia proderent, et hoc certe argumento eam pro derelicta habitam innuerent, pactumqve cum Karolo Magno initum, non ultra eum, et aliqvot eius successores valuisse, hoc silentio suo declara-

clararent. Qvamobrem Germani hic nihil debent Francis, et ſuo atqve *originario* acqvirendi iure auguſtam dignitatem, eiusqve ratione titulum in omni memoria ſanctiſſimum tuentur.

Eodem argumento Imperatores Romae Veteris antecedebant Conſtantinopolitanos, et Romae novae Imperatores, propter antiqviorem imperii ſedem, idqve uſus confirmat, et qvod inter Reges Chriſtianos valet, *Rituale Eccleſiae Romanae.* Qva in re qvatuor capita obverſantur, primum antiqvitatis, alterum profeſſionis ſacrorum, tertium continuatae poſſeſſionis praecedendi in omnibus conciliis et conventibus, et qvartum in omnium conſenſu gentium poſitum, qvo Auguſtus ut Princeps auſpicio ſacratiſſimus, et re nomineqve maximus, agnoſcitur ab omnibus et aeſtimatur: ex qvo conſtanti uſu, et perpetua omnium ſeculorum oritur ius, qvod occaſionem cauſamqve uſurpandi eius tituli aliis praecidit. Non ergo aſſentior novis ſcriptoribus, praefidenter negantibus, ex capite religionis Chriſtianae non ſumi ius praecedendi inter gentes Chriſtianas, uti viſum eſt *Ioanni Teſmaro in Grotium lib. II. cap. 5. p. 305.* Illud deniqve non omittendum eſt, qvod Flahertus ſuggerit, antiqvos Hiberniae Reges, ſolis Imperatoribus Romanis poſtponi voluiſſe, atqve adeo illorum ſummam prae aliis dignitatem agnoviſſe, *in Ogygia Inſula part. I.* VVaraeus innuit, primos Hiberniae Reges, oleo ſacro inunctos, eoqve Francis praelatos fuiſſe, qvod probare annituntur Vſſerius, et huius veſtigia ſecutus nuper Flahertus. Cum vero de Imperatore Romae novae aliqvid intuli, tum hoc ſubiiciendum duxi, qvod Sylveſter Sguropulus ſcripſit, Sigismundum Imperatorem deſtinaſſe ſibi, ſi orbus decederet, Conſtantinum Palaeologum in Imperio ſucceſſorem, *in hiſtoria Concilii Florentini editionis Hagienſis p. 36.* Sed an id promiſerit, et ſine conſenſu Imperii *Electorum* promittere potuerit, haud inqviro,

ro, qvando nihil tale in monimentis Caesareis, nihilqve in actis publicis reperire licet, ut tota haec Sguropuli narratio mihi suspecta, et falsa videatur.

Ad Disp. II.

IMmunitas, sive libertas, ut hodie vocant, ab oneribus, non eximit a summa imperii potestate, nec benigna privilegiorum concessio statim ius regium aufert, neqve omissio iurisiurandi fidelitatem protenus et obseqvium tollit, aut vinculum nexumqve beneficiarium solvit. Qvod in controversia *Finariensi et Genuensi* usu probatum et confirmatum est, cum Imperatores in iure suo insisterent, haud secus atqve in causa *Mantuana et Mutinensi* factum esse recordamur. Igitur in concessionibus Imperatorum et Regum Italiae non est locus coniecturae pro simplici donatione, qvae fraudi sit summo atqve *directo dominio* Imperatoris, qvod semper exceptum intelligitur, cui derogare non potest, multo minus remittere obligationem fidelitatis. Natura enim imperatorii dominii non sinit, ut donatio temere praesumatur, in rebus praesertim ac iuribus, *vasallos ligios* complectentibus, qvod superiores jureconsulti in Italia fateri necesse habuerunt. Qvare in formula pacti novissimi, A. M DC XC. Augustae Taurinorum, inter Imperatorem, et Ducem Sabaudiae initi convenit, ut non solum dux ad foedus sincere servandum, sed etiam ad officium fidelis obedientisqve Principis Imperatori praestandum sese obligaret. Exemplum iurisiurandi veteris hoc tale extat. *Ab hac hora in antea fidelis ero Imperatori per rectam fidem, secundum meum scire et posse. Non ero in consilio, ut vitam aut membra perdat, Italicum regnum, et suam rectam potestatem intra regnum adiutor ero secundum meum scire et posse ad tenen-*

dum et defendendum contra omnes homines, qvi ſibi tollere voluerunt. V. Vetera monumenta Sebaſtiani Tengnagel p. 380. Series Principum, lege beneficiaria Imperatori qva Regi Italiae devinctorum, a Gurzvveilero confecta, et non pridem *a Io. Gvilelmo Ittero IC. edita, atqve in librum eius de feudis imperii relata eſt, cap. VI. p. 262. ſeq.* Verum praeter clientelas in regno Italiae incluſas, et Imperatori iure fiduciario obſtrictas, aliae ſunt ultra Italiam, in Latio et terris patrimonii, qvas nihilo ſecius Imperatores ſibi vindicant, qvarum nomine iam ab Henrici IV. Saliqvi temporibus, Auguſti Imperatores pro auctoritate ſua, et iure Caeſareo propugnarunt.

Ad Diſp. III.

CArolus M. Pipini, et Berthae filius, anno poſt N. C. Septingenteſimo qvadrageſimo ſeptimo, natus eſt in Francia, parentibus Francis, ne matre qvidem excepta, *qvam aliqvi, ſed errore ducti, Grecam fuiſſe arbitrantur.* De loco, ubi natus eſt, ſilent veteres, et recentiores qvoqve ſententiis variant, nec definire qvicqvam poſſunt, qvoniam levis coniectura eſt, qvam ſolo nominis indicio firmant. Nihil de eo conſtituere potuit *Eginhardus*, Caroli aeqvalis, et vitae conſiliorumqve ſocietate coniunctus, ac rerum, qvae ad illum pertinent, unus omnium maxime gnarus, ſed hic ſibi diffiſus, et ineptum ratus ſcrutari, cuius nullum extaret monimentum, ac teſtimonium fide dignum. *De vita Caroli M.* Praeter ceteros tamen erexit ſe ad perqvirendi ſpem Ioannes Aventinus, qvi Caroloburgum in Boiis ſitum deſignat, *annal. Boior. l. III. et IV.* E diverſo aliis videtur Caroloburgum, apud Francos Moeni accolas, eo honore praeditum, qvod in Herbipolitani antiſtitis fines eſt deſcriptum, *vulgo Carlſpurg dictum, apud Trithemium de Orig. Francor. an. 752.* recenſet hoc, non aſſeverat *Nicolaus*

colaus

colaus Serarius Mogunt. rer. l. III. notat. 37. Ex qvo refellit Carolus Cointe annal. Fr. eccl. t. v. an. 747. Maiore vulgi fama celebratur Ingelheimium, Palatinae ditionis municipium, in cuius arce veteri locum nativitatis permulti qvaerunt, sed eos rerum a Carolo gestarum series fugit, et ratio temporum fallit. Hanc in opinionem discesserunt *Theodorius Niemius, Iac. Spigelius, proxime Bernardus Mallinkrot, Gabriel Bucelinus, & Mich. Ant. Baudrand Gallus.* In Eturonum finibus, atqve adeo in Brabantia natum putavit *Edmondus Dinterus* cui veterum auctoritate destituto non assentior, neqve hic praeterire possum, qvod Aubertus Miraeus tradit, *de loco natali* ut olim de Homeri Patria, certari, *Fast. Belg p. 48.* At enim de loco, ubi mater ex Pipino concepit, regiae Caroli M. fabulae confirmant, eam felicitatem Franciae Austrasicae, speciatim Germaniae, qvae illuc pertinebat, transrhenanae, huiusqve parti sigillatim, qvae flumine interfluente Vnstruto a veteri Saxonia secernabatur, obtigisse. *Christophorus Browerus eruit primum et edidit in Fuldens. antiqvitat. lib. III. c. 12.* Nam in antiqvo donationis instrumento Carolus aperte locum haud dubie a parentibus, indicatum nominat, et verbis Francorum aetati congruentibus describit. *Terram*, inqvit, *conceptionis nostrae, hoc est, totam comprovinciam circa flumen Vnstrudt.* Nihil hic de partu dicitur, sed de conceptu sermo est, et tempus adeo nativitatis a tempore conceptus accurate distingui oportet. Reinesius eo nihilominus documento *natales* Caroli cognitos hodie et comprobatos tradit, *V. L. lib. II. c. 16.* Mihi tam fidenti esse non licet, cum verborum ex tabulis prolatorum tam explicata ratio sit, ut nullo concludendi argumento, Caroli ortum tractui Vnstrutano vindicare possint. Illud vero me non impedit, qvominus existimem, Carolum in Francia Neustrica sacris initiatum, et salutari aqua expurgatum, cum fidem mihi faciant epistolae ea de re scriptae, qvas Stephani III. diligentiae grato qvis-

qvisqve animo fert acceptas. Qvanqvam Serarius in Francia Auſtraſica cisrhenana, et nominatim Moguntiae, tanqvam eius metropoli, et praecipua ſede, Carolum ſacro fonte ablutum, auctoritate veteris ſchedae ſubindicat, ſed merito de eius veritate ſubdubitat, qvam vel ſola de Graeca Caroli matre narratio in falſi ſuſpicionem vocat. Decepti tamen huius rumore fabulae ſunt Aub. Miraeus in faſtis paulo ante commemoratis, Erpoldus Lindenbrog in vita Caroli M. Io. Ioachimus Frantzius in eadem, et plures, qvi ad conſcribendam Caroli vitam aggreſſi ſunt, ſcriptores. In legibus Francorum, ad regimen diſciplinamqve eccleſiae promulgatis, ſubiunctisqve *Sacramentalium* formulis, mater Caroli *Berthana* dicitur apud Stephanum Baluzium *Capitular t. 1. p. 377.* ſed magis uſu tritum eſt Berthae, ſive Berthradae nomen, qvod utrumqve paſſim extat. In rationibus temporum a me diſſidet Aventinus, qvem pleriqve hodiernorum minus caute ſecuti ſunt, cum ex ſcriptoribus Carolinis, praeſertim aetate proximis, et ab Andrea Duchenio collectis, emendateqve editis, maxime Annalibus Petavianis, idonea annos ſupputandi argumenta deſumantur.

Karolus M. Imperium Romanorum a regno Franciae ſemper et accurate diſtinxit, regnumqve Langobardiae ſuo ſeorſim iure conſtitutum habuit. Primum ex S P Q. conſenſu et pacto, cum iure revocandi, certae Francorum familiae, non Francorum nationi attributum et acqviſitum, ac labentibus eorum rebus, repetitum, atqve ad Langobardos delatum. Alterum temperata ſucceſſione fundatum, in qvo magna erat procerum auctoritas, et non ſolum ad commendationem, ſed etiam ad confirmationem ſupremae Regum voluntatis pertinebat. Tertium armis qvaeſitum, in patrimonio acqvirentis fuit, ſed conturbatis Franciae rationibus, neglectum deinceps, et pro derelicto habitum, occupanti ceſ-

ſit.

sit. Recte post Francos, qvos saepe laudavi, scriptores tradunt Vitechindus, et Adamus Bremensis, alter alterum explicans, qvorum iste affirmat, Berengarium armis devictum, et erepta primum regni Italici, deinde Imperii Rom. sede, omni dignitate fortunisqve eversum, *lib. III. p. 24. et p. 32. edit. Meibom.* Qui ne Imperator qvidem ab eo nominatus est, propterea qvod Imperium per tyrannidem invasit, et perfidia inqvinatum, crudelitate complevit, sed Regem Langobardorum nominavit omnino et agnovit. *Vsurpato*, inqvit, *Imperio, regnavit in Longobardia.* Aliqvanto post infra, *Regem Longobardorum* vocat, qvem pactis iuratis non stantem, et omnia in perniciem exiliumqve Italiae molientem, Ticini Otto M. obsedit, et deditione facta, cum uxore filiisqve captum exilio mulctavit, regnumqve extra fines Imperii Romani constitutum, bello occupavit, et victo ademit, atqve his rebus Italiae Rex factus est, salvis Imperii rationibus, qvae ab regno Italico separatae erant, adeo qvidem, ut Ottoni M. illud subigenti, non opus esset Romanorum consensu, tanqvam in regno alieno, ubi non repugnandi, nedum resistendi ius habuerunt. Postea, ut idem subiicit, *Romanos*, scilicet Berengarianarum partium, *duobus praeliis vicit, Romam* deniqve *expugnavit*, id est, ex miseria et tyrannide Berengarii eripuit, et iusta de causa vindicavit: tum iure victoriae usus est, et sibi ac successoribus summam ac perpetuam Romae, et Romani patrimonii potestatem, cum Augusti Imperatoris titulo, et praerogativa, inter omnia Christianae ditionis regna, acqvisivit. Hic, praestructo occupationis bellicae fundamento, strictim attigit, et accurate scripsit, *apud Teutonum populos esse summam Imperii Romani*, qvae antea fuerat apud Francorum populos, cum stirpis Karolinae haec dignitas fortunaqve esset, *hist. eccl. l. I. c. 8.* Congruit Luitprandus, aut qvi eum continuavit antiqvus, et rerum ab Ottone M. gestarum diligens scriptor, ac locuples oculatusqve testis, nec, Ticinen-

cinensi antistite inferior, si industriam et fidem auctoris specto. Non minoris facienda sunt testimonia, qvae apud alios sincera, nec depravata extant. Pleriqve horum Luitprandum legerunt et secuti sunt, inter eos Albericus Trium Fontium Monachus, sed qvaedam ex scriptoribus Luitprando recentioribus, non eadem fide mutuatus. Vere qvidem scribit, *regnum Romanorum post Francos et Longobardos ad Teutonicos translatum*, sed qvum ex aliorum mente hoc mutare et refingere instituit, vitium in eius accommodatione cernitur, qvi dubitans tamen et incertus animi tradit. *Vel (ut aliis videtur) rursum ad Francos, unde qvodammodo elapsum fuerat, translatum est. In Chron. an. 963.* Non antiqvos, nec Luitprandi aeqvales, sed Ottonem Frisingensem, longe ab his temporibus remotum, et dubitanter loqvutum innuit, qvem totum hoc loco exscripsit. Enimvero ius Francorum iam diu ante Ottonem M. *patientia et derelictione* extinctum erat, qvod rerum suarum domi satagentes, de regno Imperiove transalpino neqvicqvam laborarent, eaqve de causa novos in utroqve successores haud interpellarent, et regimen eorum non moleste ferrent, ac tacite saltem probarent, certe Langobardis non resisterent, aut repugna ent, neqve ullo exteriore indicio voluntatem animumqve recuperandi significarent. Ita vero elatiores facti, et pristinam gentis suae fortunam, atqve universam imperandi rationem cum perfidia et crudelitate mutarunt, sed ab Ottone M. qvem Episcopi et Proceres Berengarianae tyrannidis pertaesi evocabant, tandem perdomiti, cum in officio non persisterent, et fidem, qva Ottoni regnum devinxerant, improbe fallerent, oppressi armis, interitum regni et exitium sibi attulerun . Otto Victor, belli iure Rex, et Imperator, nihil hic debet Francis, nullum imperandi ius ab his accepit, qvod iampridem amiserant, ut nihil ad eum transferre possent, qvando Rex Teutonum Otto M. Imperium occupatione partum, suo

unius

unius auſpicio conſtituit primus et fundavit. Atqve hic eſt modus acqvirendi *originarius*, qvo graviſſimam Ottonis cauſam tuemur. Vt vel ex eo colligamus, non modo non accurate, ſed ne vere qvidem locutos, qvi aliunde initium huius acqviſiti iuris ducendum rati, in pacto, velut translati Imperii titulo acqvieſcunt, et modo acqvirendi hinc derivato, locum dandum eſſe arbitrantur. Ab Ottone magno deinde, ad omnes nationis Teutonicae Reges, aeterno iure delatum eſt, qvod minus eleganter, ſed ad rei veritatem accommodate veteres *Chronographi* declarant. *In fragmentis Auguſtorum Saxonum legitur. Ex hunc* (ab anno Regni Germanici Ottonis XXVI. A. Ch. DCCCCLXII. qvo Imperator effectus eſt) *usqve nunc ſoli Teutonici Imperium tenuerunt*, eoqve iure, qvod hic et alibi a me confirmatum eſt, ſoli, atqve adeo cum iure prohibendi exteros, et in perpetuum tenebunt.

Ad Diſp. IV. Cap. III. §. 2.

DVcatus *Lotharingiae*, pace proxima reſtitutus eſt, ſed duris qvibusdam conditionibus, qvae Ducem certis praeſtandorum capitum legibus aſtringunt, et fines eius Galliae aperiunt, Nanceio munitionibus nudato, et *Saravo Ludovici* caſtro Gallis relicto, tum iure tranſitus innoxii conceſſo, ſic qvidem, ut Gallico militi loca Lotharingiae finitima adeunti, aut inde redeunti, regio ſemper pateat, qvae conditio eſt Principis libertati gravis, ſed ut conficeretur tandem, qvod Noviomagi non ſucceſſit, reſtitutionis negotium, approbata, et in pacis tabulas relata. Liberam ceteroqvi plenamqve poſſeſſionem, cum omni iure et poteſtate territorii, ac ſummi Principis dominio, pro ſe et heredibus, atqve omnibus ſucceſſoribus recepit, ex formula pacis Ryſvici Batavorum factae. *Art. XXVIII. et XXXII. qvi ſe mutuo declarant*, ut neutrum ſine altero conceſſum, et poſſeſſio cum imperio civili, ac poteſtate eminenti

coniuncta intelligatur. Ius vero *supremi dominii* qvin salvis Imperii rationibus accipiendum sit, haud dubitandi locus est, *si transactio Norimbergensis*, substructo antiqvae in Procaspide factae pactionis fundamento, ita explicatur, ut Imperio fraudi non sit, et talis saltem coniunctio maneat, qvae non omnem protinus obligationem dissolvat, et illam vero semper inviolatam relinqvat, qva Dux maiestatem Imperii comiter conservare tenetur. Vocabulum, *non incorporabilis*, indicat, ducatum illum nunqvam in corpus Imperii Germanici conflandum, et, si qvando etiam ad feminas transeat, dominosqve mutet, veteri nomine appellandum, adeo ut sub Imperii auspiciis neqve nomen, neqve dignitatem amittat. *Diploma transactionis edidit Io. Iac. Chifletius in Commentario Lothariensi cap. IX.* Ducatus *Barrensis* eadem pace redditus est, utpote qvi est antiqva Lotharingiae portio, et inde ab Ottonis M. temporibus regno Germaniae coniuncta, ac ne magno qvidem interregno, et perturbatissimo Imperii statu, amissa, neqve ulla Imperatorum cessione ad vicinos Francogallos translata, nedum ab Alberto I. Austrio, abalienata, qvanqvam eo imperante, Philippus pulcher *directum* eius dominium sibi arrogavit, et Henricum Barri Comitem armis superatum, ut sacramentum clientelare sibi diceret, coegit. At enim Henrici in tractu Barrensi successores, et Lotharingiae Duces contradixerunt, tabulisqve Imperatorum beneficiariis in pristino iure confirmati sunt, qvarum exempla passim leguntur, et bona fide a Chiffletio adducuntur. Dux nihilominus, salvo iure antiqvo, Barrum (hodie *Barroducum*) atqve huius nominis ducatum, sub clientela Gallica denuo possidendum accepit, at *Longovicum* Vrbem, et Longovicensem praefecturam Galliae Rex detraxit, et opportunitatis ac situs causa retinuit, *pac. Risvicens. art. XXXIII.* Qvo ipso huius ducatus conditio deterior facta est, sed amor in pacem effecit, ut Gallorum postulatis

tis Dux locum daret. Illud vero aeqvum et iuſtum, publicae tranqvillitati neceſſarium fuit, ut removerentur callidi verſutiqve iuris artificia, et novae ad ſubigendum vicinos machinae, omnium paciſcentium conſenſu everterentur, qvas comparavit regendi cupiditas, non ſubminiſtravit legum auctoritas, nec vetuſtatis exempla ſuppeditarunt. Speciosa haec potentiae ſimulacra, nullo ſeu veritatis, ſeu aeqvitatis praeſidio fulta, pactio ſuperiore anno ſacta disiecit penitus ac diſſipavit. *art. XXXI. ad articulum pacis* IV. *relatus.* Atqvi hic inter ſummos paciscentes convenit, et publico nomine ſtatutum eſt, ut ab Rege Galliae reſtituantur omnia bello proximo per vim, aut per ſpeciem huius *recuperatorii* iuris capta, armisqve erepta, ſive ut in ipſo pacis Rysvicenſis inſtrumento legitur: *qvaevis tam durante bello, et via facti, qvam Vnionum, ſeu Reunionum nomine occupata loca et iura, qvae extra Alſatiam ſita, aut indice Reunionum a Legatione Gallica exhibito expreſſa ſunt, caſſatis, qvae ea de cauſa a Cameris Metenſi et Veſontina, ut et Conſilio Briſacenſi edita ſunt, Decretis, Arreſtis et Declarationibus, omniaqve in eum ſtatum reponentur, qvo ante illas occupationes, Vniones ſeu Reuniones fuerunt, nullo deinceps tempore amplius turbanda, ſeu inqvietanda.* Ex qvibus iam apparet, et abunde conſtat, omnes, qvocunqve tandem modo nominentur, recuperandi et poſtliminio recipiendi titulos, atqve omnes adeo in univerſum *Vniones et Reuniones*, ſive a Clodovaeo M. repetitas, ſive ab Auſtraſia deſumptas, ſive proxime et praecipue a ceſſis Mediomatricum, Leucorum et Virodunenſium *Epiſcopatibus* arceſſitas, nullo iuris colore inpoſterum valituras, qvippe qvas ſuſtulit haec pactio, irritasqve fecit. Nam ratio de Clodovaeo nihil efficit, et longius abeſt a regno, multis poſt Clodovaeum ſeculis et imperantibus Karolingis conſtituto, qvod extincta Lotharii propagine, cum Francia Orientali coaluit, et Germanicae ditionis Regibus et

Imperatoribus subiectum, atqve a Francia Occidentali et Neustrica separatum, Germanorumqve viribus et armis defensum, sub nomine et iure regni Germanici permansit. Nec vero Clodovaeus universam tenuit Germaniam, neqve Alemannos, et proximos his Boios, in provinciam redegit, sed ex hostibus Francorum amicos fecit, nec Francogalliae adiunxit, multo minus reliqvas Germaniae regiones subegit, et Franciae Neustricae subiecit, vel sacramento clientelari devinxit. Narrationes *Auberianae* de Lotharingia inanes et fabulosae sunt, qvandoqvidem illa septingentos iam amplius annos coniuncta fuit cum ditione regni Germanici, et post interitum Lotharii iunioris, a Ludovico Germaniae Rege vindicata, neqve ab eius successoribus neglecta, et post mortem Regum Karolini generis, ab Henrico Aucupe recepta, et novo insuper pacto confirmata, tum ab Ottone M. defensa, constanterqve servata, ut ab hoc tempore iidem essent Austrasiae et Lotharingiae, qvi Germaniae Reges, horumqve auspicio, imperio et ditione ambo *ducatus* continerentur. Eodem iure devincta et regno Austrasiae coniuncta erat Alsatia, sed tota nunc Gallis cessa, ne Argentorato qvidem excepto. Qvanqvam in principio, et praeparatione pacis promissio eius restituendae Vrbis facta, sed in negotii ingressu et compositione, praeter et contra expectationem, haud praestita atqve impleta est, [l] cum belli temporumqve fortuna sociorum studia, et de pace tractantium consilia converteret, animosqve tandem in cessionem inclinaret. *Art. XII.* Qvantum in eo Rheni claustro situm Gallis fuerit, ostendunt satis cautionum et clausularum formulae, qvae in nullo pacis conventae capite, crebrae magis et conqvisitae reperiuntur. Atenimvero munimentum, qvod dicitur, *Kehlianum*, a Gallis in dextra Rheni parte [e]xstructum, Imperatori atqve Imperio attributum et cessum est: *Friburgum*, Brisigaviae castrum, nulla parte accessioneqve

qve dempta, Imperatori et Austriae domui, ad qvam pertinuit, redditum: *Mons Brisacus*, in eodem Brisigaviae tractu munitissimus, et Burgundiae Seqvanorum proximus, atqve in veteris Alemanniae finibus qvondam inclusus, cum vrbe et arce, ad vetus Austriae patrimonium auspicato rediit, et integra ac bona fide, atqve in hodierno, nec mutato operum munitionumqve et aedificiorum statu, restitui ab Rege iussus est, qvem sexaginta annos amplius Galli tenuerunt. *Art. XIIX. XIX. XX.* Summa aeqvitas postulabat, ut Germania tantae cessionis damnum reficeret, ac praedictas Vrbes et castra antea de corpore Imperii detracta, compensationis nomine acciperet, eaqve praestandi *aeqvivalentis* causa ab altera parte stipularetur. De *Philibsburgo*, in qvo Gallia nihil praeter ius praesidii habuit, restituendo provisum et praecautum est, *art. XXII. infra.* Sed *Castellum Ludovici* Galliae relictum, in eoqve a pace Noviomagensi recessum est, ut in plerisqve aliis patriae commodo, et inita aeqvitatis ratione, sic periculose hoc loco, nec sine metu, in primis finium causa. Nihil tamen hic temere suspicandum est, nedum de Regibus, qvorum interest servari fidem, praesertim in componenda pace, et pactionibus constituendis. *Art. XXIV.* Praeterea *Mons Regalis*, qvi in alieno solo inaedificatus, Mosellae accolis frenum imposuit, et finitimis servitutem minatus est, huius pactionis lege, aeqvatis solo operibus, vicinos metu periculoqve liberavit. *Art. XXV.* Restat, ut de *Alsatia* subiiciam, eam perinde ac alias Rheno Mosaeqve finitimas regiones, ad regnum Austrasiae relatam, et simul uni Germaniae regno, summoqve eius imperio fuisse coniunctam, nullam vero illarum, qvae extra Alsatiam principali et Palatina Imperii dignitate constitutae sunt, Alsatiae obnoxiam extitisse: contra Alsatienses *Landgravios* instituisse rationes suas, et salvo *Landgraviatus* iure, patrocinium qvoqve Principis extra Alsatiam admisisse, speciatim non defugisse au-

cto-

ctoritatem Ducis Luxemburgii,qva defenſoris et *Advocati* provincialis, nullo tamen clientelae nexu, aut obſeqvii vinculo aſtrictos. Similiter atqve Trevirorum Antiſtites, patrocinio huius *Advocati* ſuſcepto, priſtinum ſtatum ſervarunt, ac nemini, praeterqvam Imperatori, officia Principum, atqve obſeqvendi ſtudium profeſſi ſunt, et praeſtiterunt. Sane *Palatinatus* ab ultimis Imperii initiis *Landgraviatu* dignior, et Rhenanus ille ceteris Germaniae *Palatinatibus* nobilior, et auctoritate praeſtantior, et muneris praerogativa, ſi Saxonicum excipio, maior, nulli unqvam alii *Palatinatui*, nedum *Landgraviatui* obnoxius, aut qvacunqve iuris *dependentis* ratione devinctus. Id qvod monimentorum periti ſciunt, et uſu rerum praediti ultro amplectuntur, nec teſtimoniis et exemplis egent, neqve adiumenta ſolum apud Freherum et Chiffletium qvaerunt. Sive autem ex Alſatia, ſive ex Alemannia receptum eſt antiqviſſimum Briſigaviae caſtellum, reliqvias nunc in eo priſtini, in Alſatia qvondam Auſtriaca, patrimonii ſpectamus, eo magis deinceps curae futuras, qvod Romani prius Briſacum, qvam Argentoratum exaedificarunt, et praeſidio legionis qvinctae decimae firmarunt, ex eoqve ulterioris Germaniae populos repreſſerunt, atqve aditu et incurſione finium prohibuerunt. Luitprandus illud manifeſto in Alſatia collocavit, *histor. lib. IV. cap. 14.* Qvem ſecutus eſt Sigebertus Gemblucenſis, *in Chronico, an. DCCCCXLIII.* Nihil autem cauſae eſt, cur miremur, vrbem, et arcem illam, Rheniqve ex illa Germaniae parte clauſtrum, ad Burgundiae fines relatam, qvando memoriae proditum eſt, Alſatiam qvoqve, illam maxime, qvae patrimonium Auſtriae complexa eſt, nunc Seqvanis, qvi Burgundiam, nunc Mediomatricibus, qvi Auſtraſiam incolunt, contributam, et poſt varias converſiones tandem, ſuis ſeparatim finibus conſtitutam: qvod ex ſcriptoribus Francis liqvet, ab iisqve mutuati ſunt *Fr. Guilimannus, et Iodocus Coccius, ille Habsburgiac. lib.* II. *c. 5. Iſte in Dagoberto cap.* III. Vt vero Auſtraſia, exceptis duntaxat partibus, ceſſione alienatis, ditione et Imperio Germaniae continetur, ſic Burgundia nihilo ſecius eam agnoſcit, qva nondum derelicta, aut ceſſa eſt, ſpeciatim Seqvanica, *Montis Bellicardi* complectens Principatum, pace proxima reſtitutum. *Art.* XIII.

Aucta-

Auctarium historiae augustae seqvioris.

HEnricus Auceps, natione Saxo, gente Vitikindea, et il-
lustri loco natus, Ottonis Saxonum ducis, qvi delatum
ragio regnum Germaniae recusavit, et Luitgardis filius,
ones Turingosqve ditione sua comprehensos, ad armo-
ı disciplinam instituit, ludos eqvestres honoris et virtutis
itandae causa celebravit, Germaniam in pristinam digni-
m evexit, Slavos coercuit, Hungaros devicit ac do-
t, Lotharingiam recuperavit, et denuo cum Germania
iunxit, sed in Italiam nec movit, neqve ius ibi partum ha-
, neqve Imperio Ro. potitus est, cum rebus domesticis, ne
ıceret, impediretur. *Vitekindus Corbeiensis annal. Sax. l. I.*
onis supplementum, Luitprandus, Otto Frisingensis, Vrsper-
s, Sigebertus, Ekkihardus, Albericus Monachus, Benevutus,
nphelingus, Cranzius, Brunnerus. Ab hoc tempore Ger-
ıia nostras elegantior facta, et oppidis culta est: vrbes ab
onditae Misna propter Albim, Merseburgum ad Salam,
dlinburgum iuxta Bodam. Magdeburgum ex vico Vr-
fecit Otto M. et opibus commerciisqve auxit, et usus est
ortunis ad eam rem fluviis, Rheno, Albi, Visurgi, Viadro:
tima enim commercia serius instituta sunt, maxime S.
cum maritimae urbes incrementa caperent, et aperto
mari, in Septentrionem navigarent, ac Prussiam, Livo-
Russiamqve mercatus causa adirent et freqventarent.
tempore in Anglia et Belgio nulla adhuc dum commercia
bant. Movit vrbes calamitosa Germaniae conditio, et bel-
inde civilia ac motus, contra qvos foedere se opibusqve,
abente Caesarum auctoritate, nulla auxilii spes esset, sese
ebant. Tum vero multa qvoqve oppida occasione sacer-

dotorum, *episcopatuum* et *monasteriorum* exaedificata sunt, ut Osnabruga, et Huxaria, Karolino qvondam aevo coeptae. Magna hic Henrici Aucupis prudentia cernitur, qvi primus omnium in Saxonia et vicinia nostra exstruendis et muniendis vrbibus operam dedit, ut Hungaros commodius feliciusqve reprimeret, incursionesqve eorum prohiberet. Sorabi tunc superiorem Saxoniam, partemqve Misniae cum Dalemınciis tenebant, qvos armis fregit, Saxonibusqve subiecit. *V. Vitekindus*, ex qvo velut antiqvissimo Saxoniae scriptore constat, eius auspicio ductuqve Germaniam Hungaris vectigalem, in libertatem splendoremqve esse vindicatam, et Lotharingiam, qvam Carolus simplex, Francogalliae Rex, mortuo Ludovico IV. anno 912. invasit et occupavit, fortiter animoseqve receptam.

OTto M. Henrici et Mechtildis filius, princeps religiosus et fortis, a patre Rex designatus, atqve hoc mortuo, a Francis Saxonibusqve A. 936. electus inauguratusqve est in vrbe Aqvisgranensi, tanqvam regni Lothariensis sede, et regni Germanici finibus circumscripta. Solennia inaugurationis Antistes Vbiorum, qvi Coloniensis dicitur, rite perfecit. Sublato bello civili, proceribusqve ad officium redactis, ius Lotharingicum, a patre armis et pactione restitutum confirmavit, externos hostes repressit, Hungarosqve ad Lycum delevit, Berengario Langobardicae gentis Imperatore, ob repetitam perfidiam submoto et capto, ius potestatemqve summam in Vrbem Romam, et ipsam adeo augustam dignitatem consecutus est, cuius rei gratia S P Q R. interprete Vrbis antistite eum invitavit, et per Dei atqve imperii honorem, perqve omnium salutem obsecravit, veniret qvamprimum, et oppressam tyrannide vrbem liberaret. Qvi, imposito Saxoniae Billingo, tempestive affuit, ac toto animo in componendas Italiae res incubuit,

t, et Berengarium, sumpta perfidiae et crudelitatis poena, lio mulctavit, nec filio eius Adalberto, paterni criminis so-, ignovit, primusqve inter omnes augustum decus in sa-iam suam intulit, atqve hoc rerum cursu, ad maximum in arum orbe fastigium pervenit, inprimisqve nationem Ger-icam, tantae accessione dignitatis, mirifice illustravit. Id devenit anno, qvem supputamus, Dionysiano 962. qvo sum-n Romae, et sacri patrimonii, *statusqve ecclesiastici*, *et ex-atus* dominium, cum omnibus tractibus oppidisqve con-tis, Otto M. consecutus, eoqve iure usus est, in constituen-mperii negotiis, et conferendis dignitatibus, sacris aeqve ac ibus, sive ad Antistites vrbis, sive ad alios praesules ac pro-s pertinerent. *Vitechindus l. II. Luitprandus l. VI. Conf. Dit-us, Otto Frisingensis, Viterbiensis, Sigebertus, Gemblacensis, rtus Stadensis.*

Tto II. Ottonis M. et Adelheidae filius, bellicosus qvi-dem, et in expeditionibus Boica, Boiemica et Gallica pro-Lotharingiam suscepta, felix et victor, iuris Germaniae ex, sed in Italia, ob gentis invidiam, ac sigillatim bello pulia Calabriaqve, contra Graecos Constantinopolitanos infelix, Beneventanis Romanisqve ductoribus ex acie di-: unde turbati ordines laxatiqve sunt, et exercitus dissipa-c in fugam actus. Otto, ut natandi peritus, natando eva-t aegre servatus, ad suos rediit, de Romanis Italisqve sup-m sumsit, et in puniendo nimius, in iustitia tuenda con-ac certe rigidus fuit, unde odium et metus, infirma po-ae vincula, si vires desunt. Ipse in ulciscendo acrior, et ando incautior, Graecisqve potentia navali impar, in sinu inensi telo ictus decessit, et Romae in templo D. Petri tus est, Imperator vita et fortuna meliori dignus. V. *Fro-lus, Luitprandus, Vitechindus, Ditmarus, Lamb. Aschafna-*

burgensis, *Gottfr. Viterbiensis* , *Conr. Vrspergensis*, *Sigebertus Gemblacensis*, Coimperatorem *vocat*, *non*, *ut mendose legunt*, comparatorem: illud enim congruit cum veteri confirmationis instrumento, qvod evulgavit Gvillimannus. *Tum Cranzius*, *Brunnerus*, *Lehmannus.*


OTto III. Ottonis II. et Theophaniae filius, animo egregius, constans ac severus, sed vitio aetatis praeceps, ac amore viduae captus, inermisqve Romam profectus, nec sine praesentissimo vitae periculo Roma egressus, collecto deinceps milite reversus, ad factionem opprimendam mentem consiliumqve intendit, servaturus maiorum gloriam, et cum aetate maiora virtutis experimenta daturus, si vixisset longius, et a fraudibus viduae venenoqve sibi cavisset, qvae contemptus demendi causa, et ultione flagrans, chirothecas venenatas ei submisit per speciem amicitiae, sed revera ut animum ira et odio incitatum expleret, praesertim cum de mariti supplicio cogitaret, noviqve mariti spe frustratam se videret. Hic finis fuit propaginis Ottonianae, in qva Romulos et parentes Germanicae dignitatis, reiqve publicae amplificatores recordamur, sed Principes tunc pari et aeqvo iure, nondum constituto Septemvirum collegio, Imperatores eligebant,

HEnricus II. claudus et sanctus, Henrici Hezelonis et Berthae filius, Ottonumqve augustorum agnatus, et principum studio suffragioqve electus. Propensior in sacrum ordinem, nova sacerdotia, et Babenbergensis sedem Antistitis instituit, sed intempestivo castitatis voto, ad orbitatem se familiamqve redegit, sive naturae vitio se abstinuit, at iura Imperii trans Alpes et Apenninum fortiter defendit, Ardoinum perduellem duobus praeliis victum fugientemqve oppressit, Graecos et Saracenos ope Normannorum, qvi classe appulsa in

Apu-

ouliam Siciliamqve venerant, profligavit, Boiemiae Polo-
aeqve ducem armis ad obseqvium flexit, Stephanum Hun-
riae regem sororis Giselae connubio et affinitate, atqve in-
ctione hac mitigavit, ritusqve Christiani disciplinam persva-
. Moriturus commendatione sua Germanos proceres Con-
lo Saliqvo, Henrici Francorum ducis filio, conciliavit. Haec
nova Saliqvorum familia, qvae post Saxones rerum potiri
pit.

Onradus II. Saliqvus, Henrici Francorum ducis, et Ade-
lae filius, fortis idem ac prudens, Venedos Vngarosqve ad
em petendam coegit, Germaniam regni Burgundici acces-
e auxit, et praeter Lotharingiam, atqve insignes Au-
iae regiones, bene fortiterqve servatas, Germaniae fi-
ultra Iuram protulit, postremo Burgundionum Rege mor-
cui nomen erat Rudolpho, eius nominis III. Ab huius exces-
urgundia triplici titulo cum regno Germaniae coniuncta,
stamento acqvisita, armis defensa, optimatumqve Bur-
diae assensu et approbatione corroborata, auctoribus *VVip-
in vita Conradi Saliqvi*, *Ottone Frisingensi*, *Hermanno
racto*, *Hepidanno.* Fueratqve iam ante regnum hoc do-
ne Henrico II. attributum, sed imperante Conrado II.
stirps deficeret, Rudolphus tandem promissum praesti-
testamento rite facto, regnum istud, qvod Heduos et Se-
os continet, ei addixit ultro et assignavit. Cuius regni
as, situsqve opportunitas versus Italiam Galliamqve, re-
ermanicis admodum profuit, qvod Araris Rhodanusqve
luunt, et opimae amplaeqve regiones ornant. In Italia
iam potestatem firmavit, Pontificem et proceres in fide
cio retinuit, Polonos Slavosqve coercuit, et debellavit
ducem Misiconem, atqve exilio mulctavit, postea in gra-
recepto, tertiam regionis Sarmaticae partem reddidit,



Poloniamqve Germaniae obnoxiam, certe vectigalem fecit. vid. *VVippo, Ditmarus, expeditionis Polonicae socius, qvi vitam eius sigillatim scripsit, Otto Frising. l. VI. c. 28. Hermannus Contractus, Albertus Stadensis, Chronica varia, Herbipolitanum et Hildesheimense.*

HEnricus III. Conradi II. et Giselae filius, Imperator fortitudine et prudentia cum Ottonibus comparandus, qvi Poloniam Imperio Teutonum vindicavit armis et confirmavit, Hungariam in regni Teutonici provinciam redegit, iura in Italiam manu et consilio defendit, dissidia Pontificum sustulit, et dissidentes loco movit, auctoritatem stabilivit, Henricum Francogalliae regem, de Germaniae conditione iniqvius proterviusqve loqventem, ad conflictum singularem provocavit, qvi fuga sibi consuluit, et sine gloria ad suos revertit. Nondum qvadraginta annos natus obiit, in flore aetatis, et conatu rerum maximarum, hinc caput omnium malorum, qvae Germaniae faciem formamqve deinceps, eo mortuo, mutarunt, et bellis factionibusqve in Germania et Italia materiam praebuerunt. Qvae pernicies et damna contracta ex Ottonum imprudentia, atqve erga Antistites indulgentia, neglecta occasione aditus, et castella Latii, sive Campaniae Romanae firmandi milite et praesidio, omissa cura custodiendi vrbes maritimas in *Exarchatu* et Piceno, maxime intempestiva liberalitate, donationibus et cessionibus tractuum et vrbium, qvae patrimonium Imperatoris constituunt: praeterea non continuatarum trans Alpes expeditionum defectus, bellorumqve civilium coortae tempestates, inprimis Henrici IV. tempore, imminuta paulatim Imperatorum auctoritate, Germaniam afflixerunt.

HEnricus Imp. Ro. Henrici III. et Agnetis filius, in turbulenta

ata patriae tempora incidit, et Svevis Saxonibusqve, nflato antiſtitum odio, inviſus, mira fortitudine laben- potentiae molem ſuſtinuit, et aemulis ac hoſtibus ſe ob- it, atqve Imperii dignitatem tutatus eſt, qvam proceres tionibus diſtracti A.C. M LXXVII. in conventu apud For- eimium habito, et Rudolpho in eius locum ſuffecto, abro- e voluerunt. Henricus autem, qva erat conſtantia, inter- ti contra ſe promulgati formulam contempſit, nec dignitate ere voluit, qvam armis defendit, victoqve Rudolpho, et manno cedere coacto, ac poſtea mortuo, nec iure ſuo ex- ſſe ſe palam teſtatus eſt, neqve proceres ſacramento ſo- s, nedum obſeqvii religione liberatos eſſe, obnunciavit, oniuratis conſtanter reſtitit, neqve animum deſerendi ac onendi imperii habuit: Gregorium coniurationis aucto- vrbe exegit, et Romae ſe ſuo et Caeſareo iure inauguran- curavit. *V. Lambertus Aſchafnaburgenſis, et Hermanni Con- i Continuator, Bertholdus Niger ad annum 1076. et 1077.* melior exitus fuit Ecberti, qvi aliqvanto poſt occiſus, et res ne ſic qvidem ſuccederet, filium contra patrem ambi- e ſua concitavit. Henricus contra firmus et fortis aut vicit, eqva clade receſſit, argumento fortunae memorabilis, nſtantiae ſingularis, qvam perduelles expugnare non ant, et ipſi ſe ac vires ſuas atterebant, famam vero et itatis opinionem inſigniter laedebant. Ita diviſum fa- bus imperium, externo hoſti, ſiqvis extitiſſet, non reſi- potuiſſet, iugumqve facile ſubiiſſet. Nam veneratio tae dignitatis exolevit ſenſim, et maieſtas reipublicae ſublata eſt, cum id pleriqve agerent, ut ſuam et ſepa- prope rempubliaam ſacram conſtituerent, et contrariis cenſiliisqve omnia perturbarent. Acceſſit ad hoc malum itio tranſmarina, qvae reliqvum Germaniae robur it, nec modo inutilis, ſed etiam iniuſta, aliqvandiu ta- men

men felix, ſed aemulatione Gallorum et Anglorum, exitu miſera et infauſta fuit, qvam Petrus Eremita Hiſpanus, idemqve ſuperſtitioſus homo, promulgavit paſſim et ſvaſit, ad qvam magno numero Germani et Belgae confluxerunt, etiam Galli, Angli, *Helmoldus Chron. lib. I. c. 31. Gvil. Tyrius, et ſcriptores belli ſacri ſimul editi, et aliqvot voluminibus comprehenſi.* Mox aliud vulnus reſpublica iam ſatis affecta accepit, qvando Marthildis ampliſſimum Italiae ducatum abalienare inſtituit, qvod per leges facere non potuit, praeſertim cum Imperator voce publica et regia reclamaret, illud etiam graviter ferret, qvod Pontifex regnum Hungariae ab Henrico III. ſubactum, Germaniaeqve coniunctum, per religionis Chriſtianae cauſam, ſub ditionem ſacram ſubiungere anniteretur. Liqvet hoc *ex Gregorii epiſtola, ad Salomonem Hungariae Regem perſcripta.*

HEnricus V. Henrici IV. et Berthae filius, princeps bonus et indulgens, ſed vitio temporum, et malis moribus eo prolapſus, ut patrem oppugnaret armis, imperiumqve turbato ordine affectaret, ac per iniuriam eripere vellet, qvod expectare cum maiori pietatis laude debuiſſet. Ambitio haec fortunam, avaritia familiam evertit, cum reſiſtens patri, effoetamqve Mathildem pecuniae ſtudio ducens, ſine ſobole decederet, et praeter orbitatem, iniurias Antiſtitum, ac ingratos multorum animos experiretur, Saxones etiam rebus novis ſtuderent, et Hungari inſurgerent, viciniqve inclinatam Caeſaris auctoritatem aſpernarentur. Iure ſacrorum, et inaugurationum *eccleſiaſticarum* ceſſit, contra veterem Imperii morem, et contra ius auctoritate legum usuqve confirmatum. *C. Vrſpergenſis Chron. p. 204.* Hereditas Henrici omnis, et regiones ei ſubiectae, ad duces Sveviae Hohenſtauffios, tanqvam agnatos ſimul cum nova odii et invidiae mole pervenerunt. Aemulatio

latio statim, electo Lothario, exorta est, et regnantibus Conrado III. ac Friderico Aenobarbo, vires longe maiores cepit. Henrici tumulus est apud Nemetes, in summo Vrbis templo, in qvo ante eum conditi sunt pater, avus, et proavus augusti Imperatores. *V. Chronica Gottfridi, Vrspergensis, Alberti Stadensis, Rolewinkii, et Christoph. Lehmanni Chron. Spirense. Regnum Arelatense, qvod proavus Henrici Conradus Imperio Germanico adiunxerat, non detraxit, neqve abalienavit, in quo fides & alterum auctoritas destituit Ioannem Bodinum. Neqve Mathildis donatio, qvae in Henrici tempora incidit, ab Henrico approbata, neqve rite facta, neqve ullum iuri Imperatorio detrimentum affert.*

Lotharius II. Imp. Saxo Supplinburgius, Gebhardi Comitis, et Hedvigis filius, Conrado Sveviae duci aemulo, Imperiumqve prensionem praelatus, ac sopitis postea dissidiis, cum eo in gratiam redactus, auxilio Saxonum, et necessitudine Gvelforum se firmavit, Augustitumqve studio, & inprimis Moguntini suffragio evectus, bis movit in Italiam, sed occasionem instaurandi iuris *Caesarei* amisit, atqve Innocentium II. sede pulsum, auctoritate et armis restituit, Rogerium ex Apulia et Calabria eiecit, Italiam Langobardicam in concordiam reduxit, et obseqventem sibi reddidit, ac mala illorum temporum, et motus qvam potuit diligentissime sedavit. De multis etiam bene meritus, Conradum Vetinensem, ab antiqvissimis Saxoniae regulis prognatum, ex Comite Principem fecit, ac Misniae et Lusatiae *Marchionem*, volentibus provinciae Ordinibus, creavit, atqve in beneficiariam eius possessionem rite induxit. Ludovicum cognomine barbatum, cum dignitate principis & *Landgravii* Thuringiae instituit, Hessiamqve una ditione coniunxit, et magis locupletavit. Praeter ceteros sibi devinxit Henricum Boiorum ducem, Henrici

nigri et Vulfildis Billinganae filium, superbi cognomine appellatum, qvem collocata ei in matrimonium Gertrude filia, ad fastigium potentiae extulit, & beneficiario Saxoniae ducatu impertitus est, atqve adeo tuendum sibi et ornandum esse hunc socerum, magnopere existimavit. Romanum ius, ut vulgo perhibent, multis intermissum seculis, et diu abditum qvasi sepultumqve, in tribunalia reduxit, et opera studioqve Irnerii revocavit. At nullis id idoneis auctoribus probatur, qvamvis novi qvidam scriptores nostra memoria fabulam refinxerint, *ut ex Nicol. Vernulaeo, Gutberleto, Vlr. Hubero, et aliis constat. Eo legendi sunt in Chronicis Otto Frisingensis, Conradus Vespergensis, Gottfridus Viterbiensis, Sigebertus, Dodechinus in app. Mariani Scoti, Helmoldus, Siffridus, Abbas Stadensis, Robertus de Monte, Chr. Lauterbergense, Albericus Monachus, Rolewinckius, Trithemius, Brunnerus, Bucelinus, Chr. Qverfurtense, Ioannes Puchelerus in Chr. MST. de Marchionibus Misniae, annales Isennacenses, et Vigandus Gerstenbergius in Chr. Hesso Francobergensi.*

CONradus III. natione Svevus, et Friderici Sveviae ducis, atqve Agnetis Saliqvae filius, prudens, et pacando Imperio intentus, Henricum superbum, Lotharii II. generum, viribusqve confisum, consilio et proscriptione fregit, et Imperii insignia, qvae a socero acceperat, reddere coegit, eoqve mortuo Gvelfus, Henrici frater, pro patruelis iure armis experiri ausus, dedita Vinsberga, victoris arbitrio se permisit, qvi bello conditionibus finito, Gvelfum sibi adiunxit, et expeditionis sacræ socium habuit, sed maiori animo, qvam fortuna illud bellum gessit, vitio temporum, et fraude Graecorum deceptus. Vrbes in patrimonium Hohenstaufiae gentis conflatas magnoperae ornavit, et ope sua adiuvit: Vlmam superiore Lotharii bello vastatam instauravit, ac beneficiis affecit, nec male de Norimberga meruit; atqve his rebus patriae decus et honorem conciliavit, Rotvellae tribunal instituit, et

iuris

iuris dicendi auctoritatem conceſſit. At Italiam qvin adiret, turbis patriae, et transmarino itinere, qvod Bernardus ſvaſerat, impeditus eſt, nihil tamen contra dignitatem ſuam admiſit, nec iura illius regni imminuit, neqve officium ſummi Italiae principis violavit, qvamvis pacem eius conturbaſſet Rogerius, conſiliaqve ſeditionis, foedere cum Gvelphis inito, foviſſet. Hinc tandem fatalia ad perdendam patriam Gvelforum et Gibellinorum nomina, urgentibus rempublicam fatis, exorta ſunt, qvorum illi cauſam Pontificis egerunt, hi partes tuendi Imperatoris ſuſceperunt. *Otto Friſingenſis Chron. l. VII. c. 22. 23. et paulo ante commemorati auctores, et belli ſacri ſcriptores, uno volumine collecti: tum ex Gvidone Albericus, Felix Fabri, Ioannes Aventinus, et Chronicon VVeingartenſe, Chronica MST. Halenſe Svev. et Noricum. Vulgo Franconiae ducem fuiſſe tradunt, ut Vernulaeus, ſed omnino Svevus indigena, et donatione, ac neceſſitudinis iure dux Franciae Orientalis. Bambergae ſepultus eſt, contra qvam Io. Nauclerus putat, in monaſterio Laureacenſi locum ſepulturae datum, id qvod refellitur teſtimonio Ottonis Friſingenſis. Qvi in perqvirendis veterum Auguſtorum tabulis elaborant, facile eas ex diverſa ſcriptura aeſtimant, et Conradum huius nominis II. ac III. vel ſolo titulo diſtingvunt, ſecus atqve recentiores, et ſtyli diplomatum imperiti ſolent.*

FRidericus cognomine Aenobarbus, Friderici Sveviae ducis, qvi Cocles appellatur, et Indithae Gvelficae filius, patruo maior, et iuris in Italia vindex, atqve Imperatoriae auctoritatis inſtaurator. Septies in Italiam duxit, Mediolanum ſolo aeqvavit, et Italiae vrbes in officio continuit, ſummamqve rerum, vindicatis Romae iuribus, conſtanter tutatus eſt, neqve ad pedes Romani antiſtitis ſe abiecit princeps animoſus et fortis, iniuriae certe non patiens, et praeſenti Germanorum exercitu, ducibusqve egregiis et belli peritis, nihil ſi-

bi et augustae dignitati contumeliosum passurus, qvi ne picturas qvidem cum ignominia nominis Augusti coniunctas ferre posset, et constituto perduellionis iudicio, Clientum Principumqve perfidiam in patriae Comitiis ulcisceretur. Ambitionem Manuelis Comneni, Imperatoris Graeci Romani degit, qvod titulum, iure veteris Romae debitum, detrahere sibi voluisset. Henricum Leonem, deserto Principis beneficiarii officio, in freqventissimis Imperii comitiis, ducatu Boiariae et Saxoniae mulctavit: alterum in Ottonem Vitelsbachium, Schyrae Comitem, alterum in Bernardum Ascanium, Alberti Vrsi Marchionis filium contulit, dato huic concessoqve rutae serto, qvod deinceps pro gentilitio Ducum Saxoniae insigni fuit. Australiae et Burgundiae regna ab eo servata sunt, addito etiam confirmatoqve dotis titulo Burgundici Comitatus pleno dominio, cum Beatricem duceret, et novam illam ac luculentam hereditatem adiret. Ex ducatu Boiemiae regnum fecit, qvod in Regum Germaniae atqve Imperatorum potestate futurum esset. Poloniam fidelitatis vinculo Germaniae astrinxit, Vngariam, ob certas gravesqve caussas, omissa expeditione, intactam reliqvit, qvam nepos eius Fridericus II. infestavit denuo, et vindicavit. Ducatum Austriae instituit, et nexu, qvo antea Boiis tenebatur, solvit. Duces Pomeraniae creatos, cum ditione Germanica coniunxit, Vrbes Ratisbonam et Lubecam a principum iurisdictione exemptas, ad societatem Imperii traduxit, multisqve immunitatibus ornavit. Alios auctoritate movit, alios armis flexit, nec patria tantum ab eo servata, sed etiam aucta est, hinc magna eius existimatio apud vicinos Reges, qvorum aliqvot ab eo regnorum insignia acceperunt. In Asia, alienissimo rei Christianae tempore decessit, terror hostium, et Saracenorum victor. *Otto Frisingensis, locupletissimus actorum testis, Friderici Imperatoris patruus, Conradi Augusti frater uterinus, et Saliqvo-*

rum

rum propinqvum, ac Henrici Illorum ultimi sororius, Otto Sanblasianus, Radevicus, Annales Steronis, qvi ab hoc initium capiunt, Guntherus in Ligurino, Tageнonis descriptio expeditionis Asiaticae, Helmoldus, Arnoldus, Doderhinus, Robertus de Monte, Vrspergensis, Abbas Stadensis, Io. Nussiensis, Gobelinus, Chron. Montis Sereni, et Hirsaugiense, Nauclerus, Cranzius, Aventinus.

HEnricus asper dictus VI. Friderici Imp. et Beatricis filius, ducta uxore Constantia, Rogerii filia, et utriusqve Siciliae herede, avitis opibus cumulum attulit, et matrimonio tam lauto non magis potentiam, qvam invidiam sibi et Hohenstauffiae genti conflavit, qvi tanta hereditate auctus, sacrae sedi propter vicinitatem gravis, et principibus etiam plerisqve erat suspectus, qvasi hereditariam in imperio successionem destinaret. *Hoc testatum reliqvit Ioannes Monachus in fragmento, qvod superest, magn. Chr. Belg. p. 205.* At consilium illud fuit irritum, neqve ulla constitutio promulgata, nedum perfecta est, qvae eam in sententiam commemoratur. Habuit enim, qvod in Apulia, Calabria et Sicilia ageret, maxime ob Tancredum, qvo sublato, non tenuit ulciscendi modum, neqve in victos et captos, qvi rebus novis studuerant, clementia usus est: itaqve alienati ab eo plurimi, et nimiae severitatis odio metuqve, ad insidias conversi: coniux ipsa asperitatis pertaesa, exitii causam ei maturavit, ut famam tunc vulgatam fuisse, *Stero* tradit. Maiores alioqvin Augusti conatus mors antevertit, qvo factum est, ut barbari percommoda ad colligendas in Oriente vires, occasione uterentur, confectis paulatim exercitus Christiani viribus, ad qvas reficiendas, scriptis in Germania supplementis, annitebatur. Sodalitas eqvestris militum Teutonicorum ei non auspicia, sed incrementa certe sua fert accepta. *V. Henricus Stero, Altahensis Monachus, Gottfridus Viterbiensis, qvi vivum florentemqve vidit, Arnoldus Lubecensis, ex Gvidone Albericus, scriptores belli sacri, Conr. Vr-*

 sper-

spergensis, Alb. Stadensis, Ioannes Nussiensis, Gobelinus Persona, Rolevinkius, Levoldus a Nordhof, Hugwaldus Mutius, Trithemius, Crantzius: Vernulaeus et pleriqve vehementi ingenio, eum insectantur audacius, et sacrilegii postulant, prout studio, aut odio ducti, vera Caesarei iuris capita vel non recte aestimant, vel non accurate asseqvuntur.

PHilippus, Sveviae dux, Henrici VI. germanus frater, et Friderici adhuc qvadrimi tutor, potioribus Principum suffragiis Imperator designatus, factionem contra se coeptam vel auctoritate nominis, vel armis compressit. Nam Bertholdus Zeringius ei sponte cessit, Otto Gvelfus bis victus, et bello ad officium redactus, pactione tandem placatus, sed Innocentio III. qvi Ottonem eligi maluit, invisus, neqve tamen ab eo sibi conciliando alienus, in retinenda Imperii dignitate perseveravit, neutiqvam Iuris Caesarei prodigus, et in administrando sedulus perinde, ac more avito constans. Decimo Imperii anno Babenbergae ab Ottone Vitelsbachio, velut inanibus promissis literisqve in speciem scriptis deluso, qvippe qvem affinitate sua dignari noluit, interfectus est: hinc lata proscriptionis sententia, Otto vagus diu passim et profugus, ad ultimum deprehensus, et ab Henrico Calatino Papenhemiae gentis, occisus, sibi et familiae aspersit labem. *V. Gottfridus, Stero, Arnoldus, Urspergensis, Stadensis, Albericus, qvi causam odii Pontificis a fratre eius, et qvi praecesserant, arcessit: ex Alberico auctor magni Chronici Belgici, Matth. Bappenhemius in Chron. Australi, Trithemius, Cranzius, novissime Ioannes Adlzreiter in annal. Boicae gentis; sed a Vernulaeo in epitome hist. praeter meritum est omissus.*

OTto IIII. Henrici Leonis, et Mechtildis filius, sublato per scelus Philippo, suscepit imperium, nec modo Saxones et Thuringos, verum etiam Francos, Svevos et Boios obseqventes habuit:

habuit: deinde offenſo, cum iura Imperii repeteret, vrbis Antiſtite, cenſura notatus, atqve a Boiis, Rhenanis, et ipſis etiam Thuringis deſtitutus, et infelici pugna cum Gallis, ſociisqve commiſſa profligatus, ac de Imperii poſſeſſione depulſus eſt, cum principes ſtudia animosqve in Fridericum inclinarent, cumqve electum et inauguratum pro legitimo capite haberent, qvoad Innocentius IV. ab Imperatore cenſuram abſtinuit: ſed poſtqvam is diem Auguſto dixit, et recuſantem venire ad Concilium, Imperio et communione ſacrorum privare auſus eſt, Imperator eum praeter officium feciſſe ratus, contracto exercitu, ad coercendas ſe comparavit Italiae urbes, ſed deſerentibus eum Principibus, inceptum non perfecit, et febre correptus, aut veneno in Apulia ſublatus eſt, ut pro certo alii affirmant. Qvo tempore ſeditioſi proceres omnia miſcebant, alii in Italia Henricum filium contra patrem, alii in Germania voluntate ſuffragiisqve cum hoſtibus auguſtae domus coniuncti, Henricum Rasponem, Thuringorum principem contra Imperatorem excitabant. *Multi ex ordine ſacro, et merito hos mores notarunt: inter alios Albericus Roxiatus tradit, contra ius et libertatem imperii exauguratum fuiſſe Fridericum II. Vixit is ſeculo qvarto decimo, et iuris doctrina floruit, ob eamqve cauſam a Trithemio commemoratus eſt in lib. de ſcript. eccl. Indicta enim cauſa, et non ſervato iuris ordine, formula exſecrationis promulgata eſt. Petrus de Vineis lib. I. ep. 3.* Titulum Regis Hieroſolymitani ſumpſit, eumqve ad regni Siciliae titulum adiecit, connubio Iolantae, et iure dotis, qvia Brennae, Regis Hieroſolymitani filiam duxit, et imagines atqve ornamenta adeo gentilitia novo exemplo auxit. Qvae neceſſitudo ſplendorem ei magis, qvam robur attulit, neqve meliorem in Oriente fortunam promiſit, qvanqvam ibi pugnaverat fortiter, et exercitu barbaris obiecto, ſuis Germanorumqve viribus, Chriſtianos in ſpem ſucceſſus proſperioris erexe-

erexerat, ſed factis poſtea cum hoſte induciis, in patriam rediit, et corrigendis imperii malis, ac motibus ſedandis operam dedit, praeſertim illo tempore, qvo ad ſuperiores miſerias novae calamitates, et Scythica inprimis irruptio acceſſerunt. Igitur circumſpecte agendum ratus, flexo ad tranqvilliora conſilia Pontifice, et adductis in ſententiam ſuam principibus, Conradum ex Iolanta filium, ſucceſſorem deſignandum curavit, et confecto feliciter negotio, novis deinde adverſae fortunae telis petitus, virtute et conſtantia ſe communivit, nec minus pro ſuo, qvam Imperii iure propugnavit. Academias Neapoli et Vindobonae inſtituit, Nundinas Francofurtenſes auctoritate ſua et tabulis firmavit. *Petrus de Vineis omnium eius negotiorum, qvibus tractandis affuit, peritus, ac ingenuus defenſor, Henricus Stero, Urſpergenſis, Stadenſis, Anonymus de rebus Friderici Imperatoris, Conradi & Manfredi Regum. Albericus recenſet, qvae Friderico objecta ſunt, ſed apologiam reticet, qva ſe defendit, et multo poſt hac in re cauſaqve iudicii aeqvitatem probat Nic. Cuſanus, qvi ut cordatus erat ac prudens, ſic Friderico non eripuit laudem potentiſſimi & ſapientiſſimi principis, neqve ſibi temperavit, qvin reipublicae Chriſtianae utiliſſimum affirmaret. Diu ante Matthaeus Pariſienſis ſcripſit, huius famam Imperatoris et dignitatem labefactari ac laedi ab invidis, inimicis et aemulis ſuis. Hiſt. Angl. in Henrico III*

CONradus IIII. Friderici II. et Iolantae filius, vivo patre Rex electus et confirmatus, de Apulia Siciliaqve in officio retinenda ſollicitus, neqve dignitatis Imperii oblitus, armorum felicitate res ſuas reſtituit, Henricum Rasponem Thuringiae et Heſſiae principem devicit, Neapolin muris nudavit et coercuit, Henricum crimine ſeditionis implicatum ſubmovit: tandem fatigatus turbis, anno huius ſeculi qvinqvageſimo qvarto obiit, ex eoqve tempore fatale Germaniae interregnum coe-

coepit. Filius ab eo in spem Apuliae et Siciliae relictus, et vulgo Conradinus ab exteris appellatus, sed ad vitandas fraudes et cavenda pericula minus idoneus, ac praelio ad lacum Fucinum commisso, victus et dilapsus, verum annuli indicio cognitus postea et captus, ac iussu Caroli Andegavensis, qvem Vrbis Antistes incitaverat, securi percussus est, qvi paulo ante, qvam supplicio periit, heredem instituit Petrum Aragoniae Regem. Ita vero defecit augusta Hohenstaufiorum familia, et magni opulentiqve veteris Sveviae ducatus, in multas partes distractus est, qvibus rebus vicini Comites Principesqve creverunt, et cadentis antiqvae stirpis possessionibus aucti sunt: oppida qvoqve eius regionis, et Franciae complura, ad dignitatem Imperii Civium evecta, pristinam conditionem mutarunt. Haud secus familiae convellites, utroqve in ducatu, per amplo tunc et coniuncto, sese extulerunt, et [illegible], augendisqve in Imperio honoribus, laborem sumptumqve non inutilem, ne abnuentibus qvidem, difficillimo tempore Augusto, adhibuerunt. *Conradinus in plerisqve tabulis dicitur Conradus II. numerum in serie Regum Siciliae, in qva, caeso Manfredo, reponendus est, etiamsi Carolus Andinus illi successionem praeripuit, et ideo a Scipione Mazella in regni Neapolitani descriptione omissus est, qvod iuri eius et titulo usurpato fraudi esse non potest. Animo in eum minus aeqvo fuit scripsitqve Antoninus Florentinus III. part. hist. c. 20. E contrario Henricus [illegible], Conradinum humano iure sperasse, si suis parentibus successurum, et si humanae rationes valerent, et causarum inter eos potentia aestimentur, praevaluisse, in epistola ad Robertum Regem, apud Nicolaum Specialem lib. VIII. c. 9. Anonymus de rebus Friderici II. innuebat, ea de causa sigillum sub Regni Siciliae titulo suspendum curavisse, qvi iure sangvinis regnum illud, citra et ultra fretum, sibi vindicabat. Haec lucem afferunt scriptoribus aliis, speciatim Matthaeo Parisiensi, et Conradi-*

c radi-

radino, qui prae Manfredo notho, eidemque patruo, succedere debuit, inter Reges utriusque Siciliae merito locum relinquunt. Quorum auctoritatem secutus est Thomas Fazellus rer. Sicul. dec. poster. l. VIII. c. 3. Priusquam ultimo mortis genere affectus est, signo chirothecae, quam proiecit, successorem in regno Siciliae declaravit Petrum Aragoniae, sive ut alii scribunt, Federicum amitae suae filium, Castellae Regem, apud Pandulphum Collenucium, hist. Neapol. lib. IV. Mater Conradini fuit Elisabetha, ab Ottone Boioariae duce progenita, infelici filio superstes: avia eius Iolanta, ex qua Fridericus II. Conradum IV. suscepit, non ex Constantia, ut narrat Fazellus, loco iam adducto. Id quod ex Steronis annalibus cognoscere potuit, ad an. MCCXXV. Vere meritoque ab hoc discessionem fecit Onuphrius Panvinius, in serie Roman. Princip. l. III.

HEnricus, cognomine Raspo, Hermanni Comitis provincialis Thuringiae, et Sophiae Ducis Boioariae filius, statu patriae turbato, annitente Innocentio IIII. contra Fridericum II. Imperatorem legitimum, designatus, in eiusque adhuc viventis locum subrogatus, ab illius excessu quoque, nullo iuris praesidio se tueri potuit, quod vivo patre, Conradus suffragiis delectus esset, qui patri succederet, et eo mortuo, augusta dignitate fungeretur. Neque is adduci potuit, ut Henrico cederet, et arma poneret, ac iure studiis et sententiis eligentium parto se abdicaret. Mox eodem anno, ante ipsius eventus exspectationem, Henricus obiit, quo Rex creatus est: cui superstes fuit Conradus, aetate aptus, nec opibus viribusque, et animo et ingenio imperii firmus. *Matthaeus Parisiensis an. MCCXLVI. Sifrid. Constantini, et Treberianus an. eodem. Abbas Stadensis sub haec tempora, quibus Rex electus est Henricus Raspo, commemorat, ut summa Imperii ministeria, quorum occasione Septemviratus instituti, acquisita et paulatim confirmati, ac privilegiorum deinde Caesareorum tabulis*

dulti, et lege publica corroborati sunt, praesertim cum reliqui Principes, hoc praerogativae indicto, septem illis, ius proconsulendi, velut praecipuum habentibus, ultro iam concederent, bellorumque civilium, et malorum, quae proficiscebantur a contrariis Principum studiis, et discordibus eligentium suffragiis, pertaesi, ut convenirent eligendi causa, nec iure suo uterentur, neque [illegible] in tempore et loco, ubi res ad eos perveniebat, contradicerent, aut quovis saltem idoneo, et satis evidenti modo significare repugnarent. Martinus Polonus, Alberto abbati proximus, anticipavit hoc tempus, qui septem summa imperii ministeria ad aetatem Ottonis III. retulit, ac Principes, hoc praecipui iure praeditos, [illegible] nominavit, sed ut per eos Imperator eligeretur, [illegible] est, nec prius, quam hoc seculo, Principes certo et definito nomine elegerunt. Officiales vocat, non Electores, quo nomine eos [illegible] tertii decimi seculi scriptor, [illegible] appellavit. Contra quam vulgo putant, atque inter hos Ioh. [illegible], in Chron. Belg. p. 407. Dn. Mart. Polono subiiciendum est. Chronicon eius terminari anno MCCLXXVII. Quod ulterius est, appendicis nomen habet, neque cum illo auctoritate exaequatur. At Vespergensis eo, et Alberto Stadensi prior fuit, atque ad A. MCCXXIX. Chronicon perduxit.

GVilelmus Batavus, Florentii IIII. Hollandiae Comitis, et Mathildis Brabantinae filius, factione Principum electus, postea quam discessit Conradus, qui iam Germaniae excedere voluit, et [illegible] quemadmodum Imperii [illegible] patriae [illegible] evitaret. At vires [illegible] non respondebant, [illegible] civitates [illegible] Hic rebus aliquandiu a factionibus cessatum est, abeunte Gvilelmo,

et Frisios lacessente, qvod bellum ei funestum, et Germaniae infaustum accidit, qvum eo sublato, major rerum potestas ordinario secuta est, et novi identidem motus exstiterunt, cuius variantes in eligendis Imperatoribus sententiae non semper certamina, sed accenderent, majorumqve dissidiis caussam darent. *Stero an.* MCCXLVII. *Totum fragmentum historicum, qvo in confectione annalium Reginonum usus est Aub. Miraeus, cum qvo congruit Mathaeus Parisiensis, qui ab aetate, viribus et genere ipsum commendavit. Albertus Stadensis Chronicon, qvod in illa temporum perturbatione scribere exorsus est, in Gvilelmo finiit, eumqve sustinendis Imperii sumptibus imparem fuisse, indicavit.* Ignoratus venit in Italiam, sed Caesarea Romae insignia non suscepit, Rex autem Aqvisgrani inauguratus est, cum praesto essent septem praecipua dignitate Principes, et sua qvisqve Imperii munia, qvemadmodum id Henrici *Rasponis* tempore factum est, obirent, et altera jam vice Imperatorem designarent. Flandriam, qva iure imperii continetur, tractusqve Belgii vicinos, Comitatus Namurcensem, Alostanum, lege beneficiaria ad Imperium pertinentes, Valient qvoqve et terram Scaldi finitimam, cum juribus et accessionibus, sententia Francofurti lata, vindicavit, et Ioanni Avennio addixit, et Hannones qvoqve, ut Valencenas dederent, coegit. Postea fere domi se continuit, et molitus Hagae Batavorum, opere magnifico, ac Rege digno, extruxit, sed belli caussa Frisiorum fines ingressus, misere periit, et fracta glacie, in paludoso qvodam vado est demersus. *Iohannes de Beka in historia Episcoporum Trajectinum, qvam secutus est Reinerus Snoyus in rerum Batavarum libro VIII. Gvil. Heda de Frisiorum, qvi rebus novis studuerant, incognitum fuisse occisum tradit, in historia Ottonis III. Episc. Apud alios legimus, caesum esse a fugitivis, inter arundines latitantibus, et qvis esset, ignaris, Chronicon Sempetrinum ad a. MCCLVI. Qvam ad senten-*

tiam

accessit Io. Gerbrandus Leidensis, Chr. Belg. lib. XXIII. c.
Nec de tempore eius imperii convenit inter scriptores, quos
eum temporis intervalla distinguere oportuit, quibus vitio
tus est, et quibus post mortem Friderici II. et Conradi F. labe
olente negotii expurgata, electio Guilelmi convaluit, no-
que robur accepit. Exinde intelligi, et multi etiam conci-
possunt, Siffridus Presbyter, Rolevinctus, Trithemius, Cran-
den. Pontacus, Hadr. Barlandus, et Iacobus Meyerus.

chardus, Ioannis Angliae Regis, et Elisabethae filius, Cor-
nubiae Comes, suffragiis quorundam delectus, in Ger-
iam venit, et Regis titulo Aquisgrani consecratus est, sed
multas eam in rem pecunias profudisset, iam egens, et
e sumptus faceret, intercepto, quem Vrbis antistes [illegible]mi-
, thesauro anceps, denuo in Angliam se contulit, nec de-
os ex insula egressus est, neque Imperii, ut par erat, admi-
[illegible] significationem Germanis dedit, belloque Anglo-
[illegible], nec prospera fortuna usus, et a [illegible]
[illegible] duce Montfortio victus et captus, custodiaque etiam li-
tus acquievit, nec modo non rediit, sed ne ad reditum qui-
[illegible] unqvam indicio se comparavit, dolore et fastidio re-
[illegible] perturbatus. *Matthaeus Parisiensis an. 1257. et*
titulo quidem Regis Romanorum semper augusti, dum in An-
consisteret, se insignivit, quod eodem auctore constat, scire
[illegible] fuit, at iuris expers, cum non minori numero dissenti-
Principes, ad quos summa imperii manata, et eorum ratio-
[illegible] suffragandi dignitas, atque ipsa adeo haec electio,
auctores contracta, pertinebant. In his erant Treverorum
[illegible], Boiemus, in profanae legentium ordine primarius, Saxo,
[illegible] Brandenburgius, quos Stero singulatim nominavit, an. MCC
Quibus obsistebant duo, Antistes Moguntinus et Coloniensis
[illegible] profani, et magna etiam auctoritate Principes,

Palatinus Rheni, et Boiorum Dux, eius frater, pro communi familiae suae causa stabant, sententiamque dicebant. Anonymus scriptor fragmenti Vrstisiani ipsum hoc animadvertit, nec rationem concordiae inter potuisse confirmat. Vitus Duranus ne inter Caesares quidem et Reges Romanorum hunc retulit, sed cum fratre suo, et duobus filiis Henrici Regis, a populo Anglico captum ait, quippe qui non legitime electus, et ab his etiam, qui suffragatores fuerant, postea destitutus est, ob acris cuiuspiam, fortunamque adversam. Circumscriptionem Caesareae Electorum praesulis, et simplicitatem autumque Richardi animum, haud obscure significat Parisiensis. Quare haec Angliae Comitis electio nihil derogat iuri Germanorum, quod ipsi quidem soli, et ratione Germanicae nationis, in conferendo et suscipiendo Imperio habent, quum haec non legitime et turbulenter acta sunt, Germania motibus concussa, et dissidentibus Principum eligentium suffragiis, contra se ipsam concitata, statu scilicet perturbato, et interregni calamitate afflicta, ubi nemo cuipiam iure quopiam audiens erat, et leges sacrae, ac perpetuae consuetudines, quae perinde ac leges valent, vitio temporum negligebantur. Neque enim necesse est dicere, Angliam olim, et regna alia, quoque Germanis, Imperio Germanico fuisse devinctam, *quod certe ex Radevico patet, l. 1. c. 7. de gestis Friderici* I. *Aliqui errore ducti, Richardum Ioannis Angliae Regis fratrem vocant, novissime auctor Nuclei hist. German. Qui tamen omnino filius, et Henrici* III. *germanus fuit, apud Walsinghamum, et Matth. Parisiensem.*

Alphonsus, Ferdinandi et Beatricis Sveviae filius, huius nominis in regno Castellae decimus, eodem anno adversus Richardum designatus, non melioris causa nitebatur, ob repugnantes inter se Principum sententias, quibus nihil agi legitime, et constitui poterat: accedebat eo, quod a Mauris impendebat, peri-

periculum, et praeter domestica regni negotia, difficultates itinerum, Regis alioqvin cunctantis, profectionem in Germaniam retardabant, et prorsus impediebant.

Alphonsus quidem ab initio causae suae fisus, Richardo, nisi ab incepto desisteret, comminatus est. qvia rite, id est, Francofurti electus erat, qvod omnino ita se habuit, sed cur prius se electum diceret, non [illegible] causam, nec Richardus, neque Henricus frater eius concedebat, legatisque Alphonsi auxilium ex foedere petentibus respondebat, se fratri suo haud defuturum, ut legitur apud Matthaeum Parisiensem, qvi vulpinam *nominat Alphonsi electionem, non vitio loci, utpote auspiciis et electionibus* Imp*eratorum sacri, sed culpa et aemulatione factionis Richardo adversae, an. 1257. Acrior est censura Philippi Brietii, qvi Alphonsum, nisi in Hispania se continuisset, Cani Aesopico similem futurum fuisse censet, in Chron. Universal. h. an. Quem tamen inclinarunt Galli, et factione capiti Trevirorum antistite in pollicitationibus [illegible], [illegible], cuius potentiam [illegible] palabant, teste eodem Parisiensi. Sed vix dubito, qvin valitura tunc fuisset Alphonsi auctoritas, si ex Hispania discessisset, et Principes beneficiis sibi devinxisset, eaque occasione adipiscendi Imperii usus fuisset, maxime cum Richardus, turbatis postea Angliae rebus, etiam inopia retraheretur, contra integrae essent Alphonsi vires, et foedere Aragoniae et Navarrae Regum firmatae, quae [illegible] potentiam spem facere videbantur. At [illegible], seu magnitudine operis, seu belli Saracenici metu deterritus a proposito destitit, eo praesertim tempore, quo formidolosum erat, et bellum patriae exitiosum minitabatur, siqvidem duo isti Reges in Germania afflicta iamdudum et misere armis devastatam, maioremque motibus materiam dedere fuissent. Ioh. Mariana de reb. Hisp. lib.* XIII. *c. 10.* Etsi autem non adiit Germaniam, neque ad Imperii Germanici dignitatem pervenit, postea

ta-

tamen, qvam ſtudio qvorundam electus eſt, ſumpſit titulum electi Regis Romanorum, ut ex Pariſienſi conſtat. Nihil vero unqvam hoc nomine promulgavit et ſtatuit: leges ac feciſſe conſtat Henricum et Gvilelmum, ſed qvales eae ſint leges, et an auctoritatem iuri publici habeant, in controverſia poſitum eſt, qvod ut de illis, et maxime de Gvilelmo non temere qvis conceſſerit, ſic de Alphonſo eſt nulla inficiandi ratio, ſed forſan aliqva de Richardo dubitandi, cum duae huius conſtitutiones a Goldaſto proferantur, *tom.* III. *Conſt. Imp.* At Richardus neutro in loco, neqve Solodori, nec Loſannae comitia habuit, neqve alibi [illegible], aut leges tulit, ſed Baſileam progreſſus, mox, omnibus rebus exhauſtis, inde abiit, et exiguo comitatu, ad reditum ſe comparavit, Angliamqve ingreſſus, Germaniae deinceps omiſit curam, relictis duntaxat in ſpeciem *Vicariis, qvi geſta comprobant, ut ex Germanis Anglisqve ſcriptoribus Trithemius, auctore fragmenti, [illegible] Pariſienſi, et Weſtmonaſterienſi cognitum eſt ſatis ac perſpectum. Veruntamen id honori eius datum ſcribit Thomas Walſinghamus, ut Principes non ante, qvam eo mortuo, de Rudolpho I. eligendo cogitarent, in hiſt. Angl. 1274. Sed qvo auctore id acceperit, non addit.* Qvod de Alphonſi mandato in Italiam miſſo ſubiicit Goldaſtus, illud non ius tribuit, ſed voluntatem ſuſcipiendi Imperii declarat, qvae ſine idoneo acqvirendi titulo non ſufficit, praeſertim qvum caret modo obtinendi legitimo, cuius momentum in Germania, et arrha in Germanica inauguratione qvaeri debebat, ut qvae electionem recte factam ſeqvatur, et conſtituto imperandi iure, ac legitime ad unum delato, uſum poteſtatis qvoqve et adminiſtrationem largiatur. Non ergo inſtringere qvicqvam et emendare potuit, qvi omnino, et aemulatione qvadam electus, nec legitimae poſſeſſionis indicio confirmatus, ea poteſtate, qva ſtatim Civitatibus praeciperet, deſtituebatur. Tum vero tranſalpinae Civitates ſub illud

tem-

us, qvo Alphonsus ad se pertinere existimabat Imperium, hardi partes se inclinarant, *qvemadmodum indicavit Pa-it, apud qvem vera et explicata lectio est, qvando* regnum norum *dicitur* arra (*emendatiore scribendi modo*, arrha) perium Romanorum acqvirendum, *non ara*, *qvae vox*, *sente mihi Goldasto, aliena est, et mendose scripta. Qva-vero ratione Principes Germaniae permoti fuerint, ut desi-at suffragiis Alphonsum Castellae Regem, plurimum apuer, eos valuit honor materni generis, qvod per Beatricem Ho-ussiam a Germanis duxit, obcamqve a Philippi Svevi ne-it, atqve hac necessitudine Germanorum benevolentiam cilsavit. Mariana loco paulo ante adducto. Haud ali-qve dixi de Richardo, qvi omnino Germanis, speciatim Sa-us, et nominatim Ottoni IV. augusto propinqvitate coniun-uit. Ceterum Alphonsus non recte dicitur Rex Arrago-b Auctore uncletbistor. Neqve electio Alphonsi congruit nno 1256. apud Auctorem introductionis ad historiam ec-n, qui rationes temporum, nullo prae-esertim regno, minus te subduxit. Illud magis miror, et moleste fero, confun-in hoc argumento scriptores, et perperam testes adduci, ve laudari, illos etiam, in qvorum industria et iudicio ltum desideramus, qvo loco numeroqve habendus est Pau-ngius, qvi rumores, qvos accepit, et fabulas saepe in Chroni-ulit, neqve vacuus ab hac culpa est auctor compilationis ologicae, qvi in rerum temporumqve serie longius defle-terdum et de via declinat. Qvod ignoscendum est Tho-alsinghamo, scriptori externo, hist. Angl. an 1274. Siffri-esbyter ad hunc annum reiecit Alphonsi, qvam tulit, re-, cum electionem Rudolphi irritam fieri postulasset. Hunc ur Mariana l. XIII. c. 22.* De arroganti eius et contu-so in Dei sapientiam dicto, ab eoqve repetita infortunii *legendus est Rodericus Sanctius part.* IIII. *cap.5.* Sapien-

f tiae

riae studiis nimium deditus, animum a regni cura averterit, et anno MCCXXCII. iam diu confecto electionis Rudolphinae negotio, commotis procerum animis, regno privatus est, qvod commoneri oportuit, ut explicatior esset descriptio temporum, *in qva haesitant plerumqve eorum scriptores, et causas repulsae confingunt potius, quam animadvertunt.* Decessit tandem Rex aerumnosus et miser, qvi cum domi non inveniret auxilium, a Mauris petere coactus, filium conjurationis principem, diris devotum reliqvit anno post N. C. MCCXXCIIII. Ita enim, cum coeli regiones et sidera spectaret, terrae possessionem et regnum amisit, nec modo non Imperium obtinuit, sed etiam spe ampli ducatus Sveviae cecidit, qvem percusso Neapoli Conradino, iure materno sibi vindicabat, eoqve nomine cum Imperatore designato per legatos expostulabat, qvi insigniorem eius partem ad se traxisset. *Mariana cap. ultimo libri tertii decimi aliqvoties commemorati. Ab opinione sua dimovendus est Henricus Florentius Lauren, qui Imperii vacantis initium putat capiendum ab Alphonsi e vita discessu, in annotationibus ad A. Miraeum multa cum diligentia scriptis.* Erant vero haec durissima patriae tempora, cum tumultu illustrium familiarum casibus commixta, qvarum multae, et generis vetustate insignes, iam inclinantis reipublicae interierunt, Egisheimensis in Alsatia, Andechsia, et vulgo Merania, apud Variscos et Boios, Babembergica in Austria, Hohenstauffia et Burgoviensis in Svevia, et complures aliae, sed harum e ruinis creverunt Habspurgii, Boii, Badenses, Wirtembergici, Principes Norici, *qui Burggravii dicuntur*, Hennebergica, et Orlamundae Comites, eorumqve successores, praesules item Babenbergensis et Herbipolitanus, opportunam locupletandi patrimonii occasionem nacti sunt, *de qvibus legere licet Eberhardum in annalibus a Canisio editis, et alios eorundem temporum scriptores, et genealogias veteres a Io. Pistorio collectas, inprimis*

fra-

gmenta veterum tabularum apud Fr. Gvillimannum, ex lite-
s donationum, et documentis actorum non dubiis congvisita.
aeterbunt in Boiorum rebus Viguleius Hundius, et post Brun-
rum, eadem in argumento Io. Adlzreiterus. Non omitten-
est Ludovici Barbati progenies, qvae a Conrado Salico fun-
ta, opes et auctoritatem in Thuringia et Hessia auxit, atqve
Henrico Raspone, in ipso rerum prosperarum cursu conci-
, cuius alter principatus cum palatinatu Saxoniae, Vettinen-
m Saxonum familiae obtigit, alter ad duces ex Brabantia
enas est delatus. *Auctor anonymus historiae de Landgrav.*
uringiae, sed hoc prior Siffridus Presbyter, utroqve vetustior
nalium Thuringiae auctor, quorum brevitas ad pauciores pa-
as contracta est: omnibus his recentior Paulus Largius, in
bus est dissimilitudo industriae et iudicii, qvae magis appa-
in novis scriptoribus, praesertim in Chronicis Bangii, Bin-
di et Bixandri.

Vdolphus I. Alberti sapientis, et Hedvigis Kiburgicae Co-
mitis filius, Rudolphi senioris, et Agnetis, ab Hohenstauffi-
n Comitum stirpe, nepos, Alberti divitis ac Itae, Pfullodu-
is et Bregantiae Comitis pronepos, ab antiqvissimis Vindo-
e regulis oriundus, et augustorum Salicae et Hohenstauf-
gentis propinqvus, Comes Habsburgius, et Alsatiae Prin-
anno MCCLXXIII. Septemvirum suffragiis Rex Roma-
m Francofurti renunciatus, et Aqvisgrani inauguratus est,
ovenire patriae, et Imperium ab interitu servaret. Qvod
stria perfecit, remqve publicam diuturno interregno di-
tam ac debilitatam, ab intestinis motibus ac dissidiis ad
ordiam revocavit, refectisqve pace viribus, auctoritatem
bonis artibus, et Imperii honorem patriis legibus de-
, magno Principum erga eum studio, per qvos stabat,
nisus factionem suam confirmaret Ottogarus, in spem

novarum rerum excitatus, et *electioni* omnium assensu comprobatae obniti ausus, et obstinatus idem, ac difficilis ad restituendas Imperio provincias, qvas tempore interregni occupatas Rudolpho, ut beneficiarias repetenti denegabat, magnis opibus, et foedere Henrici Boiorum ducis, qvem in partes traxerat, subnixus. At Neoburgo praeter spem eius intercepto, et Vienna, qvae ad resistendum princeps erat, Rudolpho dedita, pacis conditiones accepit, et fidem ei astrinxit, qvam fregit postea, et promissa non praestitit, idqve Kunegundis, superbae coniugis impulsu factum est, qvae bellum potius redintegrandum, qvam Augusto obseqvendum svadebat. Igitur contractis undiqve copiis, et collatis ad Laham signis, cum obstinate pugnasset, multis vulneribus confectus est: qvo sublato, Rudolphus Austriam, Stiriam, Carinthiam, Carniolam, in suam et Imperii fidem receptas, Alberto filio, huius nominis I. lege fiduciaria addixit. Ita haec controversia uno, sed acerrimo conflictu finita, et magna auctoritatis ac potentiae subsidia augustae domui comparata sunt, ut nulla horum ratione, qvantum conditori suo debeat, per se ipsa intelligat, et serio cogitet, ac praecipue Rudolphum miretur posteritas, eumqve velut parentem publicum, et pacificatorem communis patriae respiciat, et grata recordatione proseqvatur.

Vera et manifesta gentis Habsburgicae origo reperitur in monimentis Murensibus, qvorum auctoritas publica, eoqve magis valida est, et omni suspicione falsi caret. Ex his deduxit Habsburgiaca et collegit Franc. Gvilimannus, qvi tumulos Murenses vidit, legitqve veteres scripturas, et acta manu exarata, ac membranas, et concessionum donationumqve instrumenta atqve epistolas investigavit et contemplatus est, cuius exemplum praebet genealogia Habsburgica, Chronico Constantiensi addita, sed complures hanc eruendae veritatis viam neglexerunt, aut ignorarunt, ex eoqve fonte fabulosas, aut falsae narrationis ema-

manarunt in vulgus. Documento sunt Lazius, qvi divinat, qvae
on invenit, Henningers, qvi industriam magis, qvam iudicium
dhibet, Eitzingerus receptas opiniones et fabulas Gebvdileri, hic
rabit vestigia seqvitur, qvem morem consvetudinemqve alii ser-
ant, nec argumenta et caussas sententiae, ex tabulis et membra-
s veterum exqvirunt. Nam de exteris Heutero et Rosierio,
hil miror, ignorasse eos antiqvissimi generis seriem, neqve suam
hoc argumento approbasse diligentiam, qvam augustae illius
miliae dignitas exposcit. Maior operam fuit Theoderici Pie-
rardi, qvi multa ex Gvillimanno depromit et colligit; haud secus,
qve hic quaedam ex Ioanne Stumphio mutuatur, qvod anim-
vertit Seifridus Abbas, sed Gvillimanno ita infensus, ut fidem
eo reqvirat. In illis tamen, qvae adduxi, hunc tab[illegible]
ctoritas tuetur, qvarum exempla membranarum nihil vitii
bent, et perinde apud alios extant. Hoc magis miror, ab
dem elevari auctoritatem Monachi Murensis, qvi extra con-
troversiam est antiqvissimus omnium, qvotqvot res Habsburgi-
attigerunt. Cuius fides eo minus in dubium vocanda est,
o propior fuit Rudolphi genitoribus, qvorum res gestas, et in-
umenta donationum vidit, ex iisqve desumpsit, qvae literis
didit, et nobis reliqvit. Congruunt ea, qvae ex tabulis ex-
psit Stumphius, multa doctrina, et integra fide scriptor. Vn-
dam vero ultima Habsburgiorum origo repetenda sit, u-
m ab Aniciana Romanorum familia, an ab antiqva Franco-
, an Burgundionum stirpe, et sigillatim, an reperitis us-
das Ottoberto initiis, a Guntramno Vindonissae, et Alten-
gi Comite, an a conditore alio, id vero non ex monimen-
Murensibus, sed ex antiqvioribus eventorum documen-
et testimoniis definiendum est, qvod brevitatis caussa prae-
mitto, et in Alberto Sapiente, Rudolpho Seniore, eodem-
nomen taciturni adepto, et in Alberto divite nunc ac-
secuto, qvorum ipse Augustus meminit in literis, qvod inte-

grum ſupenit, inſtrumento, et patrem, avum, proavum, ſuo quemque nomine appellat: de abavo Vernero III. de atavo Vernero II. de Ottone tritavo, deque Vernero I. et maioribus ſilet, apud Guillimannum Habsburgiae l. V. c. 2. p. 2[illegible]. edit. Mediol. et legitur apud Stumphium, qui in monaſterio Vettingenſi, quod Maris ſtella dicitur, reperit, eiusque partem edidit, Chron. Helvet. l. VII. c. 12. Ex eo reddit, qui pro Ariciana gente propugnat, Seifridus monachus, poſt hunc eiusdem originis defenſor Lequilis p. 119. Praetereo Vlricum Kriegium, et Albertum Argentinenſem, qui primum hic locum obtinent, certe Seifrido et Lequilio diſſidentis ſententiae auctores extiterunt, ſed uterque monumento Murenſi recentior, alter Rudolphi Auguſti temporibus vixit, ſed nondum editus, alter Caroli IIII. aequalis, et ab Vrſtiſio evulgatus. Kriegium, ut Lambecius obſervat, ſecutus eſt Henricus Gundelfingius, ſed idem multa aliunde ſumpſit, et Matthaeo, quem ipſe nominat, aetate propior, fabuloſo autem ſcriptori deditus, fabularum ſordibus hiſtoriam oppleuit. Monimenta, quae Bucelinus profert, Guillimanni ſententiae non adverſantur, et ipſa tamen Murenſibus auctoritate cedunt, neque a Guillimanno tabularum ſubſidiis inſtructo, ad originem ſeriemque Habsburgicae gentis comprobandam afferuntur. Alia in animo Chiffletii opinio reſedit, qui prima auguſtae gentis veſtigia apud Gothos Burgundiones ſe reperiſſe affirmat, ſed domeſtica originum documenta hic requirenda ſunt, quod ei non debet eſſe fraudi, qui reliqua ingenue perſcripſit. Nam argumenta a moris ſimilitudine, et coniecturae aliquin eruditae non ſpernendae ſunt, ſed in huius originis controverſia minime ſufficiunt, quando alia ſuppetunt, quibus multo tutius innitamur. Noviſſime Godefr. Henſchenius ex vita S. Deicoli Lutrenſis cum S. Odiliae actis collata affirmat, maiores Habsburgiorum in Alſatia, vicinisque locis quaerendos eſſe. Illud vero praecipuum, et magis neceſſarium eſt, ut auguſtam regiamque do-

nius

…s nobilitatem, plurimis et locupletissimis testimoniis lo-
pletatam, ab Ottogari, Boiemorum Regis, aemuli qvondam
…s atqve hostis insectatione defendam. Nam princeps na-
… est, et *Landgravii* nomine ac titulo, in tabulis monimen-
…qve publicis, Caesareis et domesticis, princeps cognomina-
… Non ergo obscura generis origo, neqve tenuis census
…e ei obiicitur, qvi ante collatam Imperii dignitatem, conii-
… exercitum, et alere suo sumptu potuit: id enim regium
… aut regis potentiae proximum, eo praesertim tempore,
… impotentiae principum rationes erant. Praeter haec belli
…sidia, multas habuit clientelas, et magno rerum usu et
… valuit: ingenio, non aspero, nec crudeli, hoc gra-
… in vulgus, et minore apud Principes invidia, qvi in omni-
… negotiis aeqvum, sed in periculis cautum, in consiliis
…mptum, atqve occasioni intentum videbant. Contra
… ambitione tumidus, superbia principes offendit, et
… impares contempsit, de Rodolpho etiam abiecte locutus
… et *vilem Comitem* proterve appellans, exprobravit electio-
… proceribus, qvi ad tale negotium aggressuri, potentiores
… conspicere debuissent, inter qvos ipse qvidem opibus et vi-
…s domi praestabat, sed Regem nihilominus externum,
… extra qvam statuebat Senatus principum, eligi cupiebat, et
… per vim occupatas pertinaciter retinebat, ac belli,
…essitudinisqve et affinitatis nomen ambitioni suae, atqve
… consiliis praetendebat, qvod qvomodo non erat e
…ublica, sed etiam Augusti dignitatem petebat, et constitio-
… supremis auctoritatem, pessimo Regis beneficium exem-
… convellebat. *Vera aliorum documenta in veteri Austriae
…asterio, qvod S. Crucis dicitur, asservata sunt, in qvibus
…bat gentur superbiae et contemptionis plena, qvae Ottoga-
… impotentiae et malignitatis continent. Qva in re aeqvita-
… animi et modestiam praecipue testatam fecit Rodolphus,*

eam-

eamqve comprobavit in piarum donationum formulis, qvin et mediocritatem suam agnovit ac fassus est, non ad obterendam primae nobilitatis gloriam, qvam nulla temporum invidia Habsburgiis eripere potuit, sed ut ambitus suspicionem vitaret, qvi illo qvidem principalis familiae statu, cum Regibus se non exaeqvaret, tantisper dum in altissimo potentiae gradu collocatus, fundaret Imperium, et Imperatoriam conderet familiam, augustamqve domum, regia maiorem, constitueret feliciter et firmaret. V. membranae, qvas et Io. Cuspinianus legit, apud Seifridum abbatem, qvibus continentur acta legationis ad Ottogarum, qvae rerum momenta aperiunt, qvorum ope nitebatur Ottogarus, et argumenta pro iure suo afferebat. *Occupatio* qvidem ambitioni Regis serviebat, sed eam causae iustitia destituebat, et malae fidei possessorem arguebat. *Concessio* Richardi communus hic locum habet, qvod turbulento Imperii tempore facta est, cuius auctor legitimo nomine, et idoneo etiam titulo carebat. *Defensio* provinciarum adversus Vngaros et Scythas iuste ab eo suscepta, qvoniam Dei et Imperatoris gratia Rex erat, et Imperio tenebatur. Praeterea ut convertebat Regis utilitas, vel maxime hominum causa, atqve ob coniunctas mutuae securitatis rationes. *Datale ius*, si qvod Rex habuit, repudiata uxore Margaretha, amisit, pactorumqve fidem, et ipsum fas legationis et gentium, spreto Rudolphi edicto, et neglecta Imperii maiestate, violavit. *Cetera per se manifesta sunt, et facile intelliguntur ex membranis monasterii S. Crucis, et ex actis illorum temporum, atqve ex aliis scriptoribus, ex auctore historiae Australis, ex Hermanno et Eberhardi Altahensis annalibus, ex Aenea Sylvio in hist. Bohem. Trithemio, Io. Cuspiniano. Ger. de Roo, Hier. Megisero.* *Venditio* hoc loco aliena est, qvam novi qvidam et ieiuni scriptores tradunt. *De epistolis, qvae Rudolpho tribuuntur, existimavit Seifridus, ab Augusto esse scriptas, sed nondum satis confirmavit, maxime ob qvaedam verba, qvae in*

illis

illis reperiuntur, qvippe eis temporibus non conſentanea, qvae conditio Rudolphi certe non admittebat. Falſa enim opinio eſt imperitorum hominum, qvi monimenta auguſtae huius familiae ignorant, et vulgares atqve obſcuros ſcriptores ſecuti, fortunae humilitatem, ductis velut a parvo Comitatu initiis, deſcribunt. Nam principes erant, qva *Landgravii* Alſatiae, et principali dignitate utebantur, qva Comites Habsburgi: titulus, formula, ſigillum Principes antiqvae gentis oſtendunt, donationes, religionis opera, beneficia, et magna in rem Chriſtianam merita, inſtitutis paſſim et locupletatis ſacri Ordinis hominum collegiis, atqve in fidem ac tutelam ſuam receptis, aut praefectis ſuo et Imperii nomine attributis, *ut ex tabulis, literis et chartis cognovi, qvibus publica fides eſt habenda. Qvorſum ſpectant monimenta Murenſia, et horum auctoritatem ſecutus Gvillimannus, Habsburgiac. lib. VI.* Honores ſummi, neceſſitudines et affinitates cum Auguſtis, decora familiae ſine labe ſervata, bella item et foedera, expeditiones trans Alpes, et trans mare ſuſceptae, praemia militiae eqveſtris more et ritu ſolenni collata, principali fortunae cumulum attulerunt, qvae ne Imperatores qvidem et Reges aſpernati ſunt, ex iisqve Alphonſus dignum iudicavit Rudolphum iuvenem, qvem balteo virtutis cauſa donaret. *Gaufridus in appendice ad hiſtoriam Roderici Toletani. Sunt tamen, praeſertim externi homines, qvi ſive inani et prava perſvaſione decepti, ſive malevolentia ſuffuſi, ſecus arbitrantur de origine auguſtae gentis, inter qvos acerbitate animi certavit Blondellus, improbitate et impudentia ſe armavit qvidam perſonatus ſcriptor, Hippolytus a Lapide dictus, uterqve caſtigatus dudum, et falſae narrationis, mendaciiqve convictus.* Rempublicam legibus compoſuit, et confecto cum Rege Boiemorum bello, factiones et diſſidia procerum ſuſtulit, emendatoqve Imperii ſtatu, Boiemiam Venceslao Ottogari filio ſub clientela Imperii poſſidendam reliqvit,

Auſtriam, coniunctasqve ei regiones Alberto, natu maiori filio, non excluſo tamen Rudolpho minore, cui Sveviam poſt ſucceſſore vacuam aſſenſu Principum contulit, et bonis artibus, rectisqve conſiliis, atqve arctiſſima neceſſitudine et affinitate praecipuas Germaniae familias opportune ſibi coniunxit, magnaqve virium acceſſione confirmatus, auctoritatem et potentiam ſecundo rerum ſucceſſu auxit. Nihil ergo prodigi inſtar diſſipavit, et temere dilargitus eſt: non cis Alpes, ubi Auſtraſiae regiones plene integreqve Imperio parebant, legibusqve patriae regebantur. Nec dum Arelatenſe regnum Imperio ſubtractum eſt, qvod ne Galli qvidem ea tempeſtate Germaniae coniunctum eſſe, inficiati ſunt, et nihil in eo, niſi vicario nomine, aut precario, etiam poſt Rudolphi tempora, obtinuerunt. Delphinates adhuc devincti, Allobroges in fide conſtantes, Burgundiae et Ferretarum Comites in ordinem redacti, in verba Regis iurarunt. Ipſe enim movit in Seqvanos, et inſolentius ſe efferentes compeſcuit. Id qvod conſtat *ex monimentis illorum temporum, et Chronicis Eberhardi, Argentinenſis, et compluribus aliis, qvibus iungendus eſt Tritbemius in Cbr. Hirſaug. an. 1281. Addendus huic Pontus Heuterus de Habsburg. orig. cap. IV. p. 12.* Italiam non adiit, ſed miſſis eo legatis, et conſtitutis etiam, qvi pro ſe curarent, Vicariis, officii ſui admonuit, et nihil de iure ſuo detraxit, confirmatisqve ſuperiorum donationum formulis, neqvicqvam delibavit de ſumma poteſtate, qva ad Flaminiae et Piceni vrbes ſpectat. Tum vero privilegia et immunitates Florentiae, Lucae et Genuae impertitus eſt, ſalvo iure ſuo, et certis finibus circunſcripta. Nec modo non partes Imperii veteris, et membra regni Inſubrici abalienavit, ſed etiam, neqvid eiusmodi fieret, miſſis illuc nunciis literisqve cavit, cum per regni Germanici negotia ei non eſſet integrum, trans Alpes proficiſci. Qvamobrem Imperatorio regioqve auſpicio miſſi ſunt in Romaniolam et Maritimam Henricus Furſten-

ſtenbergius, et alius in Etruriam Vicarius, qvi Florentinos et Lucenſes ad officium revocavit. *Eo legenda ſunt diplomata Rudolphi, inter haec memorabile reſcriptum ad Marchiones, Comites, Nobiles, Capitaneos, et Civitatum poteſtates miſſum, in qvo* Romaniola Imperii pomoerium *nominatur, apud Lambecium de bibl. Vindob. l. III. app. p. 327. Coron. Hirſaugienſe ex bibliotheca Sangallenſi editum, qvod Freheriano locupletius eſt, an. 1281.* Ac de Vicaria poteſtate per Italiam conſtituta, etiam poſteriora Henrici VII. et Ludovici Boioari monimenta nos confirmant. Vterqve inſtauravit auctoritatem Caeſaream, et Rudolphi exemplo continuavit vicariam adminiſtrationem, non tantum in regno Italiae, verum in ipſis qvoqve Imperii terris, ſigillatim in Romania, in Piceno, in Etruria, Inſubria, et Civitatibus paſſim. *Qva in re Antoninus Florentinus non eſt ingenuus, nec magis eſt ſincerus, qvi eum ſeqvitur, Sigonius, in huiusce narrationis capite, a Gibellinis, qvi Imperatorum honori ſtudebant alienior, et partium ſtudio mutatus.* Refellunt hos acta conſeqventium temporum, et argumento ſunt privilegiorum formulae, in qvibus de iure Caeſareo et regio nihil remiſit, reliqva autem confirmavit, ſic tamen, ut non plus daret, qvam ante eum proceres Italiae et Vrbes, iure per conceſſionem, aut conſvetudinem qvaeſito, habuerunt. Neqve res illorum temporum, neqve Imperatorum vicarios omiſerunt *Ioannes Villanus, et Bernardinus Corius, qvorum teſtimoniis ſaepe uſus eſt M. Antonius Marcellus, Senator Venetus, in libro, qvem ſcripſit de iure ſecul. Rom. Pont. Sed alter lapſus eſt in origine gentis Habsburgiae, alter in capitibus, acqvirendi modum complectentibus, non usqveqvaqve ſatisfecit: utrumqve diligenter legit, et ſecure ſecutus eſt Marcellus, ut inter alia documento eſt c. XVI.* Sed *Albertini Musſati* non meminit, qvia paucisſimis antea cognitus, et caligine temporum ac vetuſtate obrutus, nondum in manibus oculisqve eius verſabatur. Nemini priorum diligentia, ſed cha-

charitate Caesarei nominis *Petrarchae* cedit, multa alioqvin tradit, qvae alii praeterierunt. Illud haud dubie ex eo liqvet, Imperatores post Rudolphum I. iura Imperii per Italiam fortiter tutatos, atqve in eo laudatissimum Rudolphi exemplum constanter imitatos. Qvod adeo verum est, ut ne ipsa qvidem Vrbs Veneta auctoritatem Rudolphi neglexerit, aut confirmationem eius praetermiserit, qvemadmodum ostendit privilegium, qvod monetam in Italia usurpandam respicit, *a Francisco Sansovino* conservatum. De *regno Apuliae*, aestimabat periculum, et contra subitam fortunae mutationem consiliis se muniebat, neqve in Etruria Vicariam Caroli Andegavensis potestatem agnoscebat, et iure Italici regni, additaqve armorum comminatione, repetebat, ac suopte auspicio vrbium et provinciarum rectores praesidesqve constituebat, ut paulo ante comprobavi. Profectio in Syriam idonea ratione, et maturo consilio ab eo intermissa est, cum variis eventorum argumentis intelligeret, eam ad suam patriaeqve perniciem spectare, et robora militum, viresqve Germaniae temere confici atqve consumi, reduces autem nihil praeter morbos et labem militiae referre ad suos. Haud tamen segnius, qvam par erat, necessaria patriae subsidia comparavit, et constitutis Imperii rebus, A. MCCLXXXIII. Kalendis Iuniis, successionem Austriae, confectis Reinfelsae tabulis, uniqve filio concessit simul et confirmavit, ea vero lege, ut regimen Austriae inferioris esset ac maneret penes natu maiorem, adiectis etiam conditionibus, qvae in diplomate leguntur. *Ex eo corrigendi sunt multi scriptores, maxime externi, interdum qvoqve domestici, et ipse Albertus Argentinensis, a Io. Cuspiniano editus, hoc in loco, ubi Rudolphum natu minorem nominat, mendose.* Suo qvoqve auspicio nobilitavit Saxoniam, huius regionis finibus [illegible], eamqve in novo Septemviratu confirmatam, finitimo Brenae Comitatu, ac dignitate Palatina auxit, ut vacante regno, alterum Germaniae Interregem habeat, et publica Vicarii auctoritate perfungatur. Neqve eo secius beneficium posuit apud Henricum illustrem, ad qvem Thuringia et Alstetensis palatii praefectura pervenit, *de qvibus non [illegible], inde a Friderico II. initio, tabulae manuscriptae in curia arcis nostrae asservantur.*

Q. D. B. V.

De

TITVLO AVGVSTI,

PRAESIDE
CONRADO SAMVELE
SCHVRZFLEISCHIO,

disseret

M. IO. ERDMANN. DASCHITZKY,
VRATISLAV.

In Auditorio Maiori,

IX. KAL. AVGVSTI, cIↃ IↃc XCVI.


CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Disputatio I.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM.
cIↃ IↃc XCIIX.



I.



SAcrum, et venerationis plenum AVGVSTI nomen est, qvod diviniore consilio, fatoqve gentis Romanae ascitum, atqve ab Octavio susceptum, et auctoritate eius comprobatum, Romuliqve et Qvirini nominibus praelatum, tum ab omnibus Octavii successoribus constanter servatum, et religione qvadam ac reverentia populorum semper cultum est atqve celebratum. Florus in extremo epitomes rerum Romanarum. *Tractatum etiam in senatu, an, qvia* (Octavius) *condidisset* (velut conditor instaurasset) *imperium, Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius* (reverentia maiori dignum) *visum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur. l. IV. c. 12.*

II. Ante Florum Velleius, Tiberii temporum aeqvalis, tradit, Octavio ad summum imperii gradum evecto, Augusti cognomen a senatu populoqve tributum, annitente Munatio Planco, cuius auctoritatem reliqvi haud gravato secuti sunt, titulumqve singularem et novum ei decernendum pariter ac deferendum censuerunt. *Cognomen illi viro Planci sententia consensus universi senatus populiqve R. indidit. lib. II. c. 91.* Virum dicit, qvem fortissimum principem dicere voluit, qvippe qvi victo animose Antonio, belloqve civili confecto, solus imperavit, et summi Principis potestate rempublicam

constituit perinde ac administravit. *Diodorus Siculus l. XXXVII. Ecloga 2. Zosimus l. I. c. 5.*

III. De Qvirini cognomine tacet Svetonius, cetera plenius tradit, et testamenti adoptionisqve titulo Caesarem, ex Senatus consulto Augustum maiori cum splendore appellatum scribit. *Postea C. Caesaris, et deinde Augusti cognomen assumpsit; alterum testamento maioris avunculi* (qvi fuit C. Iulius Caesar) *alterum Munatii Planci* (Ciceroni familiaris, cuius epistolae supersunt) *sententia: cum qvibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, qvasi & ipsum conditorem urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine.* Plancus ergo suffragiis vicit, ac reliqvos deinde Senatores Qviritesqve, ut ex Velleio intelligitur, in suam sententiam deduxit. Insigniorem Augusti appellationem idem scriptor altius repetit, causamqve subiicit, *qvod loca qvoqve religiosa,* (religiose dedicata) *et in qvibus augurato qvid consecratur, augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve* (significatu secundum iuris auguralis disciplinam intellecto, eoqve hic proprio et sacro) *in Augusto cap. VII. Ceterum de Planco vid. Cicero lib. X. ep. fam. 1. seqq. Horatius Carm. l. I. od. 7. Velleius l. II. c. 63. Appianus l. III. Dio l. XLVI.*

IV. Servius Vergilii interpres commemorat, primo qvidem Octavio destinatum fuisse Qvirini titulum, sed ab eo non susceptum, et consulto recusatum, indicat Svetonius; in eo autem errat Servius, et errantem seqvuntur, qvi putant, Octavium *primo Qvirinum dictum, inde Caesarem, post in nomine Augusti permansisse. Ad Georg. III. et Aen. I.* Nihil tale retulit Svetonius, nec tamen dissimulavit Dio Cassius, cupidum fuisse suscipiendi cognominis Qvirini, sed ratione civili vitandae offensae ductum abstinuisse, *lib. LIII.* Qvirinus idem est, qvi Svetonii Romulus, et eo cognomine appellatur a poetis, qvibus haec scribendi ratio constat, ut undecunqve amplificandae

dae laudis materiam qvaerant, et liberiori titulorum genere utantur. Repugnet licet Servius, et rationes historiae conturbet. Nihilo enim verius est, qvod scribit, Caesarem deinde appellatum, propterea qvod hoc nomen supremis Iulii tabulis consecutus est, neqve ad hoc conseqvendum et suscipiendum, ei opus fuit S.P.Q. consensu, cum aliunde, et ex diversa causa iam tum obtineret, eoqve post Actiacam Victoriam uteretur. Probant hoc numi, et inscriptiones, qvae fidem publicam habent, et utrisqve suffragatur gravis et verax scriptor Livius, qvi, imperante Octavio Augusto, populi Romani historiam consignavit. *Nostrae aetati Dii dederunt, ut videremus, post bellum Actiacum, ab Imperatore Caesare Augusto, pace terra mariqve parta. l. 19.*

V. Ceterum solenne illud, et Dei providentia selectum Augusti cognomen, a sacro et augurali verbo originem et auctoritatem suam ducit, atqve hoc indicat Svetonius, prolato Ennii versu, in qvo *augustum augurium* vocatur, *l. c.* Extat in libro I. annalium Ennianorum, ex iisqve adducitur, et Varronis, Svetonio prioris, ac eadem verba legentis, testimonio comprobatur. *l. III. de re rust.* Qvo indicio apparet, nihil hic mutandum, neqve delendum *augurii* vocabulum, neqve aliud videlicet imperii, qvod minime congruit, reponendum.

VI. Omni aetate, qva literarum honos floruit, creditum est, aliqvid divinitatis in hoc inesse titulo, qvem veneratione sacratum, iudicio et interpretatione Qviritium, usus temporum seculorumqve perpetuus, ab aliis Imperatorum Romanorum titulis, et cognominibus distinxit.

VII. Idcirco Graeci haud aliter, atqve Latini, exponunt, Latinorumqve vim exprimunt, et explanatione sua probant ac retinent, et sacrum qviddam ac venerabile hoc vocabulo complectuntur. Appianus, scriptor haud negligens, indicat, eo ipso nomine Octavium Romae consecratum simul et appella-

pellatum, poteſtatem Gaio Caeſare maiorem, certe hoc titulo, magis venerabilem, et qvod hinc ſeqvitur, opinione omnium magis ſanctam accepiſſe, *de bellis Civilibus lib. I.* Idem infra confirmat, Octavio conſulatum ſuſcepturo, et urbem ad ſacrificandum ingreſſuro, auſpicium XII. vultures praebuiſſe, ut velut alter Romulus, de integro urbem conderet, ſignoqve diviniore admonitus, conſtitueret imperium, et virtute conſilioqve difficilima eius negotia explicaret, *de bell. Civil. lib. III.* Omine haud vano, cui fidem fecit eventus, poſtqvam anno ab urbe condita DCCXXIII. ſummam eſt adeptus poteſtatem. *Dio Caſſius lib. LI. Ioſephus Originum l. XV. c. 7.* Ad hanc ſplendidus *Auguſti* titulus acceſſit, ut firmati iam imperii novus idem ſolennisqve honor eſſet, anno ab V. C. DCCXXVII. Ex A. D. KAL. FEBR. Qvod firmat idoneus teſtis Cenſorinus, et ſcribit: *ex ante diem decimum ſextum Kal. Februaris Imperator Caeſar divi filius ſententia L. Munacii Planci a Senatu ceterisqve civibus Auguſtus appellatus eſt, ſe ſeptimum, et M. Vipſanio Agrippa III. COSS. De die Natali cap. XXI.* Alii tamen a Cenſorino diſſentiunt, et Idibus Ianuariis additum Auguſti nomen putant, auctore Ovidio, temporibus priori, qvem ſeqvendum arbitratur Carolus Neapolitanus. *Faſtor. I. 234.* Nec improbavit Caſaubonus, et diſſidentes aliorum de die ſententias una retulit, error autem in anno admiſſus eſt, qvem DCC XVII. ibi ſupputatum, aut potius librarii vitio poſitum, ſed in noviſſima, ceteroqvin emendatiſſima editione, repetitum legimus et miramur. Alii annum ab V. C. proximum DCC XXVI. rationibus ſuis adhibent, eoqve hunc titulum Auguſto decretum collatumqve volunt. Rei geſtae hiſtoriam perſecutus eſt *Dio lib. LIII.* Superſunt numi teſtes, et non dubia inſcriptionum monumenta.

S.P.Q.R.

S. P. Q. R.
IMP. CAESARI. DIVI. F.
AVGVSTO.
OB. CIVEIS. SERVATOS.

IIX. Ab hoc tempore perpetuus, et ad successores propagatus est Augusti titulus, auspicio divinus, elogio singularis, et formula solennis. Exempla huius sunt in statuis, lapidibus et numis, a qvibus historiae auxilium saepe ac firmamentum petamus. Nam qvi Caesar antea seorsim, nunc CAESAR AVGVSTVS coniunctim nuncupatur et scribitur, qvod tituli in numis incisi ostendunt. Graecus extat, qvo Consulatus Octavii VII. insignitur, Dionisqve ad hanc rem pertinens narratio confirmatur. ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. Est alius, qvi conditoris oppidi huius, prope Actium extructi, memoriam servat. ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΙΕΡΑ. Aversa parte ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΚΤΙΣΤΗΣ. Latinus, sed perrarus, et conspectu nostro dignus, duos consules aperte signat Octavium Caesarem, et M. Vipsanium Agrippam, uterqve annum DCCXXVII. indicat, qvo alter septimum, alter tertium, urbis consulatum gerebat. CAESAR AVGVSTVS. M. AGRIPPA. Qvare haec Caesaris Augusti appellatio in formulam abiit, et a gravi scriptore Livio usurpata est, *l. XXIIX. c. 12. Postrema omnium* (Hispania) *nostra demum aetate* (tertio post collatum Augusti titulum anno, cui DXXX. V. C. respondet) *ductu auspicioqve Augusti Caesaris, perdomita est.* Hispaniam intelligit, Asturiae et Cantabriae regionibus comprehensam, qvod ex Dione intelligitur, *lib. LII.*

IX. Cum igitur in summo esset regiae potestatis fastigio Octavius, varios suscepit honores et titulos, qvorum alii successionem familiae et nominis, alii auctoritatem per se maximam, alii maximam simul et sacram significarunt, nullam vero novam ei potestatem addiderunt. Ab his autem diversum est *Imperatoris* nomen, qvod nominibus titulisqve omnibus

bus praepoſuit Octavius, revera ut *praenomen* eſſet, regiiqve iuris praelio Actiaco parti, Qviritiumqve obſeqvio firmati documentum. Fidem rei facit vetus inſcriptio. IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. Contra duces exercituum, et ſummi caſtrorum praefecti titulum imperatoris nomini gentilitio ſubiecerunt, ut cauſam recepti huius tituli oſtenderent, qvi ab exercitu appellati imperatores, populi certe auſpicio praeerant copiis, et mandata poteſtate fungebantur.

X. Aliqvando tamen, et velut extra curiae uſum, veteres, et formularum periti homines Auguſtum, regio iure imperantem, brevitatis cauſa Caeſarem nominarunt, qvem non ignorabant, more et uſu Qviritium, nominari *Imperatorem Caeſarem Auguſtum*, ſi integri eius tituli ratio habeatur. Qvod probare ſupervacuum eſt, praeſertim qvum ipſa iuris elementa praebeant exemplum. Nam in illis non alius, qvam Octavius Auguſtus, *Caeſaris* nomine intelligitur, *§. 10. Inſt. de iure nat. gent. et civ.* Congruit nova Iuſtiniani Conſtitutio, qvae extat *Novel. XXX. a principio.* Vanus ſit, qvi hic dubitet, Octavius, an aliqvis ab Octavio diverſus intelligatur. Auctor enim imperii et conditor nemo fuit, praeter Octavium Auguſtum, cuius ſucceſſione merito gloriatur Iuſtinianus. Evenit autem deinceps, ut *Caeſar* novo exemplo diceretur, non qvi ſummae rerum praeeſſet, ſed qvi ſpem duntaxat ſuccedendi in imperio haberet. Qvo pacto idem eſt Caeſar, qvi deſignatus ſucceſſor, ſecus qvam antehac, et ſuperiori tempore, qvo *Caeſar Auguſtus* dici conſvevit. Ea res admonet, ut legantur hiſtoriae auguſtae ſcriptores, Tacito et Tranqvillo poſteriores, qvi minores vulgo appellantur, *Aelius Spartianus in Aelio Vero cap. I. et Iulius Capitolinus in Marco, cap. IV. et VII.* Sed ubi Caeſares in imperii conſortium aſciti ſunt, aeqvali cum Imperatoribus titulo et honore utebantur; qvod primum contigit imperante Marco Antonino, qvi fratrem Lucium Verum

rum non successorem destinavit, et heredem instituit, sed imperii socium declaravit, Caesaremqve Augustum dixit, ex eoqve tempore duo Augusti, prodito novi moris exemplo, imperium summa potestate administrarunt. *Spartianus in Vero cap. V. et Capitolinus in Marco c. VII.* Qvum ergo fuit haec imperandi societas, ut pari et aeqvo iure duo Augusti imperarent, non regnum, neqve unius mansit imperium, qvoad neuter sine altero ius statuendi habuit, legesqve sanciendi. Contra usu venit, qvum Augustorum alter alteri obnoxius, et iunior seniori, filius patri, adoptivus adoptanti, certa ratione potestatisqve temperatione devinctus. Illud non obscure Capitolinus scribit, Lucium Verum, qvem Marcus Augustum dixit, praeter reverentiam et officia, qvae seniori Augusto exhibuit, et forsan aetatis ratione exhibere debuit, in gravissimis reipublicae partibus obtemperasse Marco, atqve ex huius voluntate omnino gessisse bellum. Namqve ei *obsecutus est ut legatus proconsuli, vel praeses imperatori, cap. IV. in Vero.* Praecipua ergo Marci auctoritas fuit, qvae cum exacta alterius aeqvalitate conciliari non potest, et illo etiam argumento confirmatur, qvod Marcus, tanqvam Augustus senior, exercitum, qvem Vero ducendum tradidit, allocutus est, ut potestatem de eo statuendi integram sibi reservaret. Qvisqvis enim non suo arbitratu facit, nec facienda, praesertim in bello, decernit, is qvin alteri audiens sit, dubitari non oportet. *Iam primum*, Capitolinus pergit, *Marcus pro ambobus* (pro se et Vero) *ad milites est locutus* (ADLOCVTIO in numis ac inscriptionibus) *et pro consensus imperio* (pro consensu imperii, sive ut Casaubonus legit, consensu in imperio) *graviter se, et ad Marci mores egit. cap. eodem.* Nam ita se comparavit, et rationes suas iniit, ut Marci institutis convenienter viveret, maxime sub imperii initium, et ante expeditionem contra Parthos susceptam. Leges tamen supersunt Marci et Lucii Veri, *divorum fratrum* nomine inscriptae, et in pande-

ctas, atqve in codicem relatae, *l.6 §.1.et l.7.D.de divis.rer.l.39.D.de rel.et sumpt.fun.l.17.D.de iure patr.l.27. D. de liber. caus.l.27. D. de poen.l.2.§.2. et l.3.§.5.D.de iure fisci. Et l.2.ac3.C.de alend. liberis.* Alibi separatim scribitur Marcus Antoninus, & Marcus Aelius Antoninus, qvia M. signat Marcum, Augustum seniorem, atqve huc spectat constitutio, Claro et Cethego Coss. promulgata, anno V. C.DCCCCXXIII. et N.S. CLXX. Qvae legitur in Codice *l. 1. de petit. hered.* Nulla autem lex in universo iuris volumine reperitur, qvae solius qvidem Veri, Augusti Iunioris nomine inscribatur. Contra multae extant, qvae unius Augusti Senioris nomen titulumqve praeferunt, in Codice aeqve ac in pandectis. Accedit ad hoc Capitolini testimonium, leges a Marco latas commemorantis, sed qvas Verus seorsim sanxerit, et suo nemine promulgaverit, nusqvam indicantis. Haud semper eadem fuit haec imperandi ratio, et in scriptorum formulis Augusti iunioris nomen omitti potuit, et interdum, qvod res ipsa loqvitur, omissum est, indicio praecipui, cuius multa, nec incerta documenta sunt, maxime sub hoc tempus, qvo duo erant Augusti Marcus, et Verus. Non enim habeo ambiguum, neqve inficiari possum, Augusti iunioris potestatem aliqvando fuisse pleniorem, id qvod expedite colligunt, qvi Caracallae et Diocletiani tempora contendunt. Sed in numis, qvod omittere nolim, contueri licet Augustos fratres, simul in solio sedentes, simul congiaria dantes, dextrasqve iungentes, et consociata potestate, concordiam firmantes: aliqvando et simul stantes, fructumqve belli in Oriente gesti, et victoriae ibidem partae simul capientes, titulo ARMENIACI et PARTHICI, simul utentes, ob eamqve causam flumina duo Orientis insigniora sibi subiicientes, in qvorum altero Marcus, in altero Verus pedibus insistit, ille *Tigrim*, iste *Euphratem* calcibus premit. Haud secus, atqve Danubius qvondam et *Rhenus*, tanqvam victi domitiqve signantur in numis, iste speciatim habitu procumbentis, victoriam Marci a Marcomannis relatam illustrat.

XI.

XI. De sumpto *Imperatoris* titulo multa passim mentio est apud scriptores, cuius suscipiendi auctor senatus fuit, eoqve nihil adiecit ad potestatem Octavii, qvam antea habuit, maximam, sed honoris, et praecipue auctoritatis in republica summae testimonium dedit, cuius videlicet ea vis esset, ut nemo illam non coleret ac vereretur. *Dio Cassius*, qvi diligenter haec persecutus est, subduxit rationes temporum, et confirmavit, anno urbis conditae DCCXXV. collatum fuisse *Imperatoris* titulum, ut hoc maximae potestatis argumento exaeqvaretur cum patre Iulio Octavius, atqve ab aliis discerneretur imperatoribus, qvos exercitus in castris, senatus deinceps urbe appellasset. *Lib. LII.* Nam id moribus et institutis Romanorum conveniebat, ut imperatores, ante imperatorem Iulium Dictatorem duces belli essent, copiasqve regerent, et summo tantum militiae magistratu fungerentur: Postea rerum potiti, et praenomine tituloqve Imperatoris summum regendi ius adepti, multum nihilominus iudicio senatus tribuebant, eiusqve consensu gaudebant, ut potestatem hanc armis qvaesitam, ex legibus habere videri vellent, qvam tamen ante SCtum omnibus partibus perfectam, atqve adeo ante legitimum senatus decretum, non obnoxiam senatui, nec precariam a populo, nec vicariam et nomine populi, nedum a populo dependentem habebant. Non praetermittenda est vetus inscriptio, qvae promulgati eius decreti veritatem tuetur.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS.
IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F. COS. QVINCT.
COS. DESIGN. SEXT. IMP. SEPT.
REPVBLICA. CONSERVATA.

Qvinctus Octavii consulatus magnum rei gestae momentum affert, tempusqve definit, qvod cum anno Dionis congruit, fastisqve Romanorum exacte respondet. Cornelius Tacitus memorat, Octavium, qvi ab senatu *imperatoris praenomine* insi-

gnitus est, *semel et vicies* appellatum fuisse *imperatorem*, idqve diversa ex causa, et ob victorias, prosperosqve belli eventus. *Annal. I. 9.* Qvo testimonio pondus accedit ad fastos, qvibus numi et inscriptiones auxiliantur, maxime hic in constituenda Dionis lectione, qvae ad dinumerandum, qvod hic qvaeritur, temporis intervallum, annos unum et viginti exposcit. In qvo omnia rei numariae monumenta consentiunt, et annum V. C. DCCLXVI. indicant, qvo postremum est imperator salutatus. Etenim propter belli auspicium, honor ille Octavio decretus delatusqve est, non ut ei, qvod antea monuisse memini, plus auctoritatis adderet, sed ut *felicitatis Augustae*, qvam tot victoriae distingverent, testis ille titulus esset, communisqve gaudii signum, et suae erga Principem reverentiae gratulationisqve argumentum. Idcirco Tacitus cum Dione in concordiam redigendus, et cum utroqve inscriptiones conciliandae sunt, ut definitus annorum numerus, qvem haec disqvisitio postulat, intelligatur. Consentiens enim temporum ratio Tacitum tuetur, et admonet, ut Dionem Tacito recentiorem, et huius etiam vestigia secutum, idoneo, atqve ex ipsa scriptoris penu deprompto subsidio adiuvem, verbaqve eo, qvo par est, modo componam. Qvod fiet, si collocatis apte orationis partibus, experiar leniori remedio, et caveam, ne scriptori vis inferatur. Convenit autem historiae, et rerum temporumqve argumentis, ut unus et vicesimus Octavii annus statuatur, eaqve de causa legatur, ἓν καὶ εἴκοσι, qvod maxime cum Tacito congruit, nec multum ab antiqvis Graeci scriptoris vestigiis recedit. Secus atqve legi solet, καὶ ἐν εἴκοσι, qvia ineptum, et ab instituto Dionis alienum est, εἰκόσι, qvod ne monitore qvidem eget. Amplius ut ita sentiam, adducor auctoritate inscriptionis veteris, nullo, cuius vel tenuissima suspicio sit, vitio inqvinatae, qvam Arimini repertam esse constat, non mutilam, neqve mendosam, certe talem, qvae instauratam Cassii lectionem defendat.

IMP.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVG. PONT. MAX. COS.
XIII. IMP. XXI. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P.P.

Nomina titulorum, et notae temporum consentiunt, et qvorundam sive incuriam, sive errorem produnt. Eqvidem Casaubonus in diversa abit, et qvartum decimum Octavii consulatum ponit, argumento inscriptionis, qvam ab Onuphrio, cui multum debet antiqvitas, consignatam tradit, in qva Octavii Consulatus anno XIIII: appellatio Imperatoris XX. Tribuniciae potestatis XXXVIII. definitur. Sed annum ibi demptum oportuit, qvoniam ter et decies Consul fuit, neqve exuperavit hunc numerum, qvem vetus inscriptio in Fano Piceni servata, ab ipsoqve Onuphrio laudatata confirmat. Vix possum, qvin moleste feram Xylandri audaciam, rationes aliter ineuntis, et qvartum decimum Octavii consulatum, contra Taciti sententiam computantis. Neqve enim Tacito repugnat Dio Cassius, nisi qvod Xylander iterum culpae affinis, nomina et notas temporum perturbavit, *lib.* L*V*. ubi omnino legendum est. Γ Καῖσαρ Αυγȣςȣ ὑιός Contra qvam vulgo legitur. Γ. Καῖσαρ Ἄυγȣςος τὸ ιδ. Numerus ex ingenio additus, qvi tamen extat in fastis Siculis, qvorum magna qvidem est auctoritas, sed non praeferenda Romano historiae augustae scriptori. *Ad A. V. C. DCCL.* Hunc secutus est Papinius Statius, et Consulatum *ter deciesqve* gestum, versibus mandavit. *Silv. l. IV. car. 1.* Caius ceteroqvin ille Dionianus, Agrippae et Iuliae filius, cum Lucio fratre ab Octavio Augusto adoptatus est, qvem Consulem populus creavit. Hinc Cos. DESIGNATI titulus etiamnum legitur in pervetustis inscriptionibus, qvae historiam confirmant, aut minimum illustrant. *Tranqvil. in Aug. cap. LXIV.* Non destinatus est tantum ab Augusto Caius, sed etiam a populo designatus, et sicut inscriptiones fidem faciunt, in Coss. designatorum numerum relatus. Qvod Taciti causa observari par est, qvi festinantis more, hoc loco magis Augusti consilium aperit,

qvam eventum. *Annal. I.3. Addatur Dio lib. LV.* Sed redeo ad exqvirendam, ſuisqve veluti ponderibus examinandam inſcriptionem, qvam ab Onuphrio ſumptam Caſaubonus adduxit, cuius numeri non congruunt cum rebus Octavii, et rationibus temporum adverſantur. Nam explorate cognitum eſt, *Tribuniciam poteſtatem* Auguſti, ſeptem et triginta annis, non pluribus, nec paucioribus, contineri. Ergo aut ex ingenio, qvod opinari nolim, aut per incuriam aſcriptus eſt annus octavus et trigeſimus, qvem Romanorum faſti non ſignant. Onuphrius ille Romanae antiqvitatis heluo, recte iniit numerum Auguſti Conſulatuum, qvorum poſtremus fuit tertius decimus, vere et ſine vitio ab eodem deſcriptus. At numerus, IMP. XX. mendoſus eſt, qvem haud maiori cura expreſſit Caſaubonus. Subiicit tamen Onuphrius, Auguſtum IMP. XXI. appellatum, idqve *docere Tacitum*, affirmat. Recte id qvidem. Nec tamen ignoravit hunc Caſaubonus, ſed Dionis teſtimonio, qvod inqvinata lectione nititur, confiſus, in mendoſum inſcriptionis Onuphrianae exemplum incidit, et errore haud animadverſo, approbavit. In rationibus annorum *Tribuniciae poteſtatis* diſſident Caſaubonus et Onuphrius, ille annum iuſto maiorem XXXVIII: hic contra, qvam rationes poſtulant, minorem ponit. Vterqve contra veritatem hiſtoriae, contra auctoritatem inſcriptionis Ariminenſis, contra fidem numorum, qvorum unus eſt ex aere factus, et care mihi aeſtimatus, propterea qvod eosdem annos deſignat, et maximo conſenſus argumento, eadem verba retinet, exceptis duabus literis, S. C. qvae Senatusconſultum indicant, qvod ita perſpicuum eſt, ut facile omnes, etiam tyrones, ſciant. De Onuphrio miror, vidiſſe eum lapides, et deſcripſiſſe, ſed temporum illas notas et numeros, deſcribentis induſtriam feſelliſſe. Qvam culpam alibi non effugit, annumqve tribuniciae poteſtatis nihilo accuratius tradidit, temporumqve ordinem turbavit. Non

fugit

fugit hunc laborem, et re oſtendit nuper *Antonius Pagi, in diſſertatione hypatica*, qvanqvam in hunc locum non incidit, qvem cenſura mea dignum putavi. Alibi tamen agnovit Onuphrius, Auguſtum per XXXVII. annos continuaſſe tribunitiam poteſtatem, eamqve habuiſſe perpetuam, et ſumma regendi auctoritate ſubnixam, *Tranq. in Aug. c. XXVII.* Non enim iure magiſtratus, hanc dignitatem geſſit, ut Tribunus populi, neqve ad tempus retinuit, qvaſi repoſcendi facultas populo eſſet, neqve populi nomine exercuit, vel adminiſtravit, delato iam ad unum hunc imperio, qvod ſummo rerum arbitrio continebatur. At hiſtorici interdum minus accurate loqvuntur et laxe, qvum imperium Romanum, qvod non modo regia poteſtate conſtabat, ſed etiam hanc perfectione et ſplendore ſuperabat, Romanam Rempublicam vocant, ut *Ammianus Marcellinus lib. XVI. c. 12. Trebellius Pollio in Claudio cap. XI.* Aeqvo enim iudicio, et iuſtae excuſationi locus eſt, qvum de re ipſa, et iure regendi inter ſcriptores convenit, qvod ſane adminiſtrandi modus, ad qvem genus loqvendi populare exigitur, non mutat. Neqve tamen Onuphrius, qvod moneri attinet, omni praeſidio nudatus eſt, qvum auctoritate, et exemplis bene multis ſententiam firmat, uſumqve tituli (iure victoriae qvaeſiti, aut ſponte ſumpti) a conceſſione ſenatus legitima diſtingvit, et ipſas adeo habendi cauſas diſcernit. Illa enim conceſſio, cuius Dio, ſcriptor alta mente praeditus, et rerum civilia momenta aeſtimans, meminit, *epocham* habet ſolennem, et ſingulariter animadverſam. Idcirco non eſt, qvamobrem arguatur Onuphrius, qvippe qvi non inficiatus eſt, hunc titulum multo ante ab Auguſto fuiſſe uſurpatum. Qvod propter *Hubertum Golzium* ſubiicere volui, apud qvem etiam in anno mendum ineſt, qvem Onuphrius DCCXXV. temporum rationibus haud repugnantem tradit. *in faſtos animadverſ. p. 286.* Idonea ergo eſt qvaerenda ratio conciliandi nu-

di numos, inscriptiones et historias, ut ne inter se pugnent, nec temere opponantur. Veruntamen hoc *Imperatoris* praenomen non semper praescripsit Augustus, neqve eo, certe in numis, titulum auxit successor Augusti Tiberius, et potestate, qvae vocabulo denotatur, contentus, exemplum pariter in numis omittendi aliis praebuit, qvod numorum monumenta inspicientibus non potest esse obscurum. Praeterea cauto opus est, et interpretibus observandum, ut non modo explicandi huius vocabuli significatus, suo qvoqve loco, rationem habeant, verum etiam in explicationibus legum, qvo qvisqve iuris conditor tempore vixerit, diligenter attendant, in qvo *Antonium Augustinum* aliqvando haesitasse animadverti, qvod utiqve evitasset vir summus, si inter Augustum aevum, qvo constitutum est imperium, et secula eo priora, proxima et remotiora distinxisset, rationesqve temporum explicatiores iniisset.

XII. Cum illo ipso, qvod explanavi, *Imperatoris* praenomine erat plerunqve coniunctum *Patris patriae* cognomen, cuius initium nihilo magis certum, et ratio perqvirendi minus expedita, nec facilior explicatu est, qvam ea, qvae paulo ante fuit. Onuphrius, qvem rursus inter primos nomino, in annum urbis DCCLVIII. reiicit, qvo Consulatum gesserunt Cn. Cornelius Cinna, et L. Valerius Messala, qvos Dio sub hoc tempus consignavit, *lib. LV.* Fidem facit *Calendarium Praenestinum*, qvod totum vetustas conficere non potuit, qvamvis reliqva deperdita sint, et literae aliqvot, qvae numeros signant, detritae, aut depravatae. Illud vero permagnum pondus ad historiam affert, et Tranqvilli testimonium corroborat, apud qvem Messala novi honoris interpres, et tituli collati testis atqve internuncius, ita alloqvitur Augustum. *Senatus te consentiens cum pop. Rom. consalutat* PATRIAE PATREM. *in Aug. cap. LVIII. Fragmentum* Calendarii inter inscriptiones retulit Gruterus, in qvo *Era* Tribuniciae potestatis men-

mendoſa legitur, XXI. mutanda omnino, et conſtituenda XXVIII. qvae congruit cum Auguſti conſulatu tertio decimo, et reſpondet anno qvinto decimo, qvo ſolenniter eſt Imperator conſalutatus. *inſcr. p. 136.* Nec diſcrepat *Sedunorum* lapis, a Caſaubono deſcriptus, et apte reſtitutus, certe cum allato Veteris Calendarii *fragmento* conferendus. *in Commentario in Auguſtum cap. LVIII.* Qvare corrigenda eſt inſcriptio, qvae extat apud Bartholomaeum Marlianum, ubi annum TRIB. POTEST. XVIII. coniunxit cum COS. XIII. et Imp. XV. Errore manifeſto, et forſan per imprudentiam librarii admiſſo, qvem corrigi neceſſe eſt, ita ut *epocha* tribuniciae poteſtatis recte ſe habeat, additaqve nota, decem ſignificante, inpoſterum legatur, XXVIII. *in annal. Conſulum p. 110.* Alii tamen priorem V. C. annum DCCLVII. qvem Golzius perperam Onuphrio tribuit, rationibus convenientiorem putant, ad eumqve referunt Conſulatum Cinnae et Meſſalae, qvibus non aſſentior, et a Pighio, ſic computante, et Conſules collocante diſcedo. *in Annal. Romanor. lib. XVIII. p. 534.* Maior in eo difficultas reſtat, qvod numi adverſantur inſcriptionibus, et antiqviorem huius tituli uſum apertiſſime oſtendunt. Nam a qvincto inde Auguſti Conſulatu, usqve ad tertium decimum et poſtremum, extant hoc titulo inſignes, et prius cuſi, qvam tribuniciam poteſtatem, et ſimul perpetuum regendi ius accepit. *Era* Conſulatus V. qvem aureus numus ſignat, annum Vrbis DCCXXIIII. manifeſto indicat, temporisqve intervallum, ab inſcriptionibus diverſum, commonſtrat. Recte ſuffragatur Golzius, et rei numariae inſtrumento cauſam defendit, *loco ſupra adducto p. 286. 287.* Nihil impedit, qvin tempora et conceſſiones diſtingvam, qvarum utraqve legitima, et SPQ. conſenſu facta; prior autem, qvam numi ſignant, decreto comprehenſa, et ab hiſtoricis omiſſa, poſterior, ad qvam hiſtorici et inſcriptiones ſpectant, ſine decreti formula a Valerio

C Meſſa-

Messala, ut voluntatis publicae interprete, declarata, et prioris viva qvaedam, maximeqve Augusto grata repetitio fuit. Lacrymae enim, qvas delato cognomine, profudit, non dolorem animi, sed omnino gaudium et voluntatem accipientis significabant. *Apud Svetonium in Augusto cap. LVIII.* Testis est numus, Augustum velati imagine super tripode sacrificantem, votisqve persolutis, gratias agentem designans, memoriamqve servans huius cognominis, qvod ita scribitur: PAT. PA. In aliis numis P. P. haud secus, atqve in publicis inscriptionibus, interdum ne litera qvidem omissa, et plene, qvod perinde inscriptiones docent. Eodem modo Livia, Augusti coniux, *mater patriae*, cognominata est, de qvo etsi aliqvando inter viros, mediocri doctrina praeditos, dubitatum esse memini, numorum tamen auctoritas facit, ut dubitare desinamus. Eo enim honore affectam esse Liviam, numus comprobat, in qvo effigies Augustae, operto capite sedentis, expressa est cum titulo: AVGVSTA. MATER. PATRIAE. Hoc enim Senatus ei tribuendum putavit, ut novus, et antea inauditus ipsi titulus decerneretur, variantibus tamen patrum sententiis, utro Augustam cognomine, *parentis*, an *matris patriae*, ornarent. Nam in medio hoc relinqvit Tacitus, et deliberationis, ea de re habitae, mentionem facit, sed, an de alterutro Liviae tribuendo statuerint, non tradit. *Alii*, inqvit, *parentem, alii matrem patriae appellandam* (Liviam) *censebant*, *Annal. I. 14.* At numi haud leve praesidium ferunt, atqve hunc sane scrupulum eximunt, Liviamqve titulo *matris patriae* auctam fuisse, evincunt. Idem ille honor, diu ab excessu Liviae, instauratus, praemium virtutis Iuliae Augustae attulit, cuius rei monumentum, publico auspicio constitutum, et immortalitate dignum, numi servarunt, historiamqve locupletiorem reddiderunt. Qvae femina, in summo fastigio posita, et Septimio Severo Imperatori nupta, inter alios titulos, hoc etiam cognomine

mine celebratur in numis: MAT. PATR. Adeo verum eſt, qvaedam ab hiſtoricis praetermiſſa eſſe, et vitio temporum deperdita, qvorum iacturam numi ſarciunt, formulasqve antiqvitatis, qvas fruſtra alibi reqvirimus, locupletant, aut ſupplent, multasqve et difficiles temporum rationes explicant, ac hiſtoriam, praecipue auguſtam, adiuvant, Latiumqve, adhibitis commode inſcriptionibus, maximopere exornant.

XIII. Refero me ad Auguſti titulum, qvo nullus unqvam dignitate maior fuit, aut veneratione potior, cuius initium renovat eius memoriam temporis, qvo inſignitur principatus Auguſti legitimus, qvaſiqve natalis conſtituitur imperii, Senatus populiqve conſenſu firmati. Praeſidium huius ſententiae eſt in marmore Narbonenſi, cui nemo fidem abrogat, in qvo haec leguntur,

VII. QVOQVE.
IDVS. IANVAR. QVA. DIE. PRIMVM. IMPERIVM.
ORBIS. TERRARVM. AVSPICATVS. EST. THVRE.
VINO. SVPPLICENT. ET. HOSTIAS. SINGVL. IN
MOLENT. ET. COLONIS. COLONISQVE. THVS. VI
NVM. EA. DIE. PRAESTENT.

Extat inſcriptio apud Lipſium, in auctario inſcriptionum veterum, cuius auctoritate emendo hiſtoricos, diverſum diem numerantes, qvorum alii propius abſunt, et uno tantum unius menſis die diſcrepant, alii longius abeunt, et diem menſemqve mutant. Poſt Lipſium Gruterus edidit, et vocabulum, COLONISQVE, expunxit, rectiusqve et ſtylo inſcriptionum aptius expreſſit, INCOLISQVE, *p. 229.* Qvod *Pagi* non admonuit, neqve idoneum, et Latio conſentaneum inſcriptionis ordinem ſervavit, *diſſ. hypat. p. 83.* Vere autem cenſuit *Henricus Noris*, cui meritum Roma praemium perſolvit, maiorem huius marmoris, qvam Cenſorini auctoritatem eſſe, *in diſſertatione erudita, qvam CL. Magliabechio acceptam fero, de votis*

decennalibus inſcripta. Solebant Imperatores celebrare imperiorum natales, eosqve feſtos agere, ludisqve editis, qvinto, aut decimo qvoqve anno, ſuſcepti principatus memoriam renovare. Qvod proditum ab Auguſto exemplum, Imperatores etiam Chriſtiani, imitandum putarunt, diesqve hos auſpicii ſui cauſa, maxime ſolennes eſſe voluerunt, ob eamqve cauſam *ſanctos et religioſos* appellarunt, *apud Claudium Mamertinum in Genethliaco Maximiani A. et Diocletiani.* Haud inſcite, qvia diu ante haec ſolemnia, Cicero dixit *natalem Coloniae Brunduſinae,* et *Salutis, l. IV. ep. 1. ad Atticum, et in oratione pro Sextio, ſecundum Pauli Manutii lectionem, qvae haud ſpernenda eſt, et mihi ſe probat.* Eadem loqvendi ratione, *diem natalem reditus vocat l. III. ad Att. ep. 20. Inde vocabulum natalis traductum eſt ad ſignificandum Imperii auſpicium, qvod in veteri Kalendario* Natale *ſcribitur, non Latinitate qvidem corrupta, ſed aetate tamen inclinata, et infra auguſtum ſeculum recedente.* Initium, qvo Imperium renovari dicitur, *annum novum* exponit Marlianus, argumento inſcriptionis veteris, Romae apud aedem Divi Hadriani repertae. Hanc laudarunt, et ex lapide deſcripſerunt Lipſius, Vrſinus, Torrentius et Gruterus. Sed verba illa, ANNO. NOVO. indicant Kalendas Ianuarias, qvibus ſtipem populus Imperatori contulit, qvem morem hiſtoriae mandavit Svetonius, et ſignavit antiqvus lapis, apud Gruterum, ex qvo repetiit Io. Petrus Bellorius, *in numo Antonini Pii,* et *apud Caſaubonum in Aug. cap. LVII.* Non ergo de auſpicio imperii, ſed de anni initio capienda ſunt, nec tamen donum ipſum, qvod KAL. IAN. datum eſt, ſed tempus, qvo dari conſvevit, vocabulis *novi anni* deſignatur. Nil addo de *natali urbis,* qvi eſt in numo Hadriani, qvem feſto ritu celebravit ac recoluit, anno poſt urbem conditam DCCCLXXIIII. In qvo explicando antiqvarii dudum operam conſumpſerunt, maxime qvod ſub illud tempus *Palilia,* qvibus Roma extructa eſt,

est, vocari desierunt. Tantum addo, Imperatores, etiam Hadriano recentiores, formularum elegantiae adhuc studuisse, et eo die, qvo imperium auspicati sunt, *principatum se ingressos* dixisse, argumento loqvendi idoneo, et ad augusti seculi imitationem effecto, qvo *in rempublicam ingressi* dicuntur, qvi eam non qvidem arbitratu suo regendam, sed tractandam atqve administrandam suscipiebant. Illuc referre licet caput, sive *titulum de excusationibus* inscriptum, et legem in pandectas Romani iuris relatam, *qvae est in serie illarum sexta, sectione autem, sive paragrapho* 8. Vbi est *fragmentum* Antiqvitatis ex epistola Marci Antonini depromptum, et a *Modestino* conservatum, in qvo ille *divus pater* a Commodo appellatur.

XIV. Postea vero, qvam Octavius nomen Augusti adeptus est, a triumphis abstinuit, cum hoc titulo, qvem unum ex omnibus duxit maximum, contentus, moderatione qvadam triumphos recusaret. Cuius exemplum M. Agrippa secutus, Bosporanis praelio superatis, triumphum, qvantumvis ab Augusto decretum, abnuit, et solis adeo triumphalibus ornamentis acqvievit. *Dio Cassius l. LIV.* Cum qvo numi consentiunt, et triumphos ab eo tempore non actos esse indicant, qvos cum Agrippa consulto omisit, tum deinceps omittendi aliis occasionem causamqve dedit, haud repugnantibus Augustis, qvorum hoc interfuit, ut belli imperatores cogitarent, eorum auspicio victos esse hostes, qvi summo Vrbis et Italiae imperio potirentur. Aliqva tamen ornamenta illis relicta sunt, qvae palmae ramus, in curru triumphali positus, designat, honorem qve triumphalem, sine triumpho, numorum indicio confirmat. Palmas autem, tradito a Graecis more, victoribus datas, togamqve pictam, et trabeam tunicamqve palmatam, inter triumphalia insignia relatas esse, Romani ritus periti scriptores observant. At triumphalis ille honor ut a triumpho diversus, sic pompae curulis expers erat; neqve enim triumphantes, nisi curru ve-

cti, urbem inibant, Capitoliumqve ascendebant, ut ex Romanis scriptoribus constat. *V. Livius l. XXX. 15. XXXI. 11. et 47.* Hinc νικητήρια et θρίαμβον Graeci distingvunt, *Dio Cassius l. LIV.* De *ovatione* res perinde nota est, triumpho minorem extitisse, et *ovantes* urbem pedibus ingressos fuisse, qvod ex *Plutarcho liqvet in Marcello.* Qvae vellem planius copiosiusqve disseruisset *Cantelius in cap. ultimo de militia Romanorum. Nec vero hic praetereundi sunt Gellius, Macrobius, Festus, Isidorus,* inprimisqve *Dionysius cum Plutarcho, et Livius cum utroqve conferendus.* Tradit Bulengerus, duces bello confecto reversos, cum triumphum peterent, in templo Bellonae res militiae gestas exposuisse, qvod recte qvidem et ordinarie ita se habet, sed non semper usu probatum est, exemplo Fulvii, qvi de rebus a se gestis in aede Apollinis disseruit, *qvod testimonio Livii comprobatur, l. XXXIX. c. 4. Onuphrius qvaedam paulo aliter, ac Lazius, refert, qvod observat etiam Maderus, sed non expedit, nec probationes subiicit, qvibus expedire potuisset. In notis ad Panvinium edit. Patavinae. p. 146.*

XV. Qvemadmodum vero *Augusti* nomen, post conditum Romae Imperium, fuit summum semper, et in terrarum orbe maximum, sic omnia, qvae ab Augusto constituta et acqvisita sunt, qvaeve ad eum qvoqvomodo pertinent, aut pertinentis iure possidentur, ac vindicantur, omnino referri debent inter *res sacras*, et usu iuris etiam *sacrae* appellantur. Sacrae leges, sacra domus, sacra vestis, sacrum patrimonium, sacrumqve stabulum, passim dicuntur, et omnia in Augusti familiam ascita, hac appellatione continentur, atqve hoc iure censentur, velut humano nexu soluta, commercioqve exempta. Sacrae largitiones saepe nominantur, maximeqve celebrantur Comites sacrarum largitionum, *in Notitia veteris imperii, et multis apud Cassiodorum locis.* Sacrum latus, sacri vultus apud scriptores alios, speciatim poetas, Statium et Corippum, leguntur. In

anti-

antiqvis inſcriptionibus *Auguſta domus* interdum *divina*, eodem ſolenni titulo, et ſignificatu haud abſimili vocatur, cuius partem dabo.

PRO. SALVTE. DD. NN. IMP. CAES. M. AVR. ANTONINI. P.F. AVG. ET. M. AVR. ALEXANDRI. NOBILISSIMI. CAES. TOTIVSQVE. DOMVS. DIVINAE. EORVM.

Divina dicitur, ob ſingularem, et ſacro auſpicio conſtitutam nominis illius venerationem, qvam non humana duntaxat opinio et conſenſus, ſed etiam divinae appellationis auctoritas tuetur, inviolabilemqve praeſtat, et ſupra omnes Regum titulos extollit. Qvod Dio et Xiphilinus indicant, teſtimoniisqve ſuis vim et originem eius tituli confirmant, atqve in ſummo gloriae faſtigio reponunt, ut omnes alios vincere titulos, aut omnium certe titulorum dignitatem, ſalvo *praecipui* honore, complecti videatur. Praeterqvam enim qvod inſcriptio luculenta ſingularem, et ſacram tituli dignitatem comprobat, ſcriptores qvoqve rerum gnari conſentiunt, ac ſacroſanctum aliqvid et excelſum in eo titulo ineſſe confitentur. Idcirco ex Dione ſuo Xiphilinus haec reddit. *Πάντα τὰ ἐντιμότατα καὶ ἱερώτατα, ἄυγυστα προσαγορεύεται.* Qvae ex libro eius LIII. excerpta, et bona fide repetita ſunt, ut plane intelligamus, eiusmodi hunc eſſe titulum, ut ſupra omnes titulos conſtituatur. Aliis enim aliunde dignitas qvaerenda eſt; ſolus *Auguſti* titulus ſeipſo contentus, nihil peregrinum affectat, et omnia titulorum ornamenta excedit. In qvo Latini et Graeci ſumma ratione conſentiunt, illi qvidem domeſtici eius tituli interpretes, hi integri hic et omnino periti teſtes, vim nominis, et veritatem rei declarant; illi vocabula reqvirunt, hi abundant, utriqve ſtudium et operam conferunt, ut verbis commutatis, ſed maxime aptis, perſpicuis et propriis, in explanando huius vocis ſignificatu utantur. Addo, qvod Graeci, Latinae loqvendi conſvetudinis gnari, et ſigillatim hiſtoriae augu-

augustae scriptores, hoc titulo excelsissimum aliqvid insigniant, et vocabulo *superlationem* notante, altissimum augustae dignitatis gradum describant. Vni ergo Romanorum Imperatori, proprie debetur hic titulus, qvo nullus est neqve sanctior, neqve insignior, neqve excellior, neqve veneratione maior. Cuius gloria tituli non minus in auspicio dignitatis, qvam in splendore muneris et usu cernitur, propterea qvod eo nomine designatur summa qvaedam inter gentes auctoritas, qvae singularem ei venerationem conciliat, et simul efficit, ut hac ratione inter omnes Reges Imperator Augustus singulariter emineat, et a ceteris Regibus, tanqvam Regum omnium maximus distingvatur. Qvae summa veneratio coniuncta est cum honore praecedendi solenniore, et insignioris solii, sellae, ac pompae curulis, in congressibus Regum, conciliisqve moratiorum, aut certe Christianarum gentium, si qvae haberentur, aut haberi deinceps communi earum consensu placeret. Nam sanctior illa dignitatis augustae aestimatio, qvam firma opinio in animis principum et populorum inseruit, cum effectu *praerogativae* intelligenda est, ne frustra sit, aut pro inani somnio habeatur. Qvo fundamento praestructo, colligam licet, honoris certe solennioris *gradum* Imperatori Augusto ex hoc capite deberi, ac merito deferri. Hoc enim titulo noscitur ut maximus Regum, et maxima inter Reges veneratione dignus, adeo ut huius ratione in concilio gentium, si qvod habendum esset, non modo praecedendi honore, sed etiam *praesidendi* auctoritate fungeretur. Exinde seqvitur, neminem, nisi Romanorum Imperatorem, cognominari proprie Augustum, ne Regem qvidem Romanorum, etiamsi ceteros Reges praecedat, et in Imperio Ro. ac augusta dignitate ipso iure successionem conseqvatur. Tantum abest, ut externi Reges proprie dicantur Augusti, ut potius consecratum confirmatumqve Romae auspiciis titulum soli Romanorum Imperatori, et summo

mo Vrbis domino, non sine documento venerationis Augusto debitae, relinqvant. Etenim *Imperatoris* per se titulus, qvem affectarunt qvidam Reges et usurparunt, non datius sumendo *Augusti, Augustissimiqve* titulo, qvippe ratione Imperii Romanorum acqvisito, constanterqve servato, et ad omnes in eo successores valido ac sempiterno iure propagato. Vnus autem in terrarum orbe est Imperator Romanus, et qvod ab hoc fonte manat, unus inter omnes, qvotqvot imperant, Augustus, unus, inqvam, qvi vero ac proprio *Augusti* nomine censeatur. De industria omitto Reges barbaros, intra et extra Europam sitos, qvi regna armis domita, in vastam unius Imperii molem conflarunt, et ideo *Imperatores* appellati, sed Augusti titulo sacrati non sunt, qvo soli Romanorum Imperatores gloriantur, eoqve per eminentiam ab aliis, etiam cultis et Christianis Regibus, sed inprimis a dominatoribus istis barbaris distingvuntur. Qvocirca magnus dominatus in Thracia constitutus, multas qvidem Europae et Asiae regiones complectitur, regnaqve sub unius potestate coniuncta habet, postqvam Imperatores Graeci, fortunis eversi, ferocissimo hosti succubuerunt. Non tamen eius Imperii, qvod hic specto, nomine et dignatione continetur; neqve enim commutatum, sed extinctum est pristinum illud Graecorum Imperium, qvod ab urbe Latii, et Roma veteri translatum, ad excidium principis Thraciae urbis permansit, ac eo usqve retinuit Romani nominis singulare decus, et Augusti tituli honorem summum, Caesareamqve dignitatem, qvippe qvae vere ei conveniebant, et propter novam Romam, qvae tunc erat Constantinopolis, omnino debebantur. At haec sacrata auspiciis ornamenta et elogia nihil ad barbaros Thraciae imperantes pertinent, qvorum dominatus *Sultanicus*, a sacro novae Romae imperio plurimum distat ac dissidet, certe Augusti nominis venerationem non capit, qvam everso Romae novae imperio, solus inter Christianos

D

ſtianos Principes obtinet, et iure ſuo promeretur ſacratiſſimus Romanorum Princeps, antiqvitate imperii primus, et auguſta dignitate ſummus idem ac maximus Imperator, cunctisqve adeo Regibus, et imperatoribus non-Romanis, ordinis honorisqve ratione praeferendus, nec Romae novae Auguſto ceſſurus, ſi qvisqvam extaret hodie, Graecumqve Romanum Imperium, Romano veteri ſecundum, ſupereſſet. Tricantur interdum exteri, praeſertim Galli qvidam, et nominatim *Scipio Pleixius*, regium nomen Imperatorio antiqvius et dignus putans. *tom. 1. de l' hiſt. general. de France.* Contrarium res ipſa loqvitur, qvando omnes Chriſtianae gentes venerabilius aliqvid et eminentius in illo Imperatoris nomine agnoſcunt, et barbari etiam Aſiae Reges, regio titulo non contenti, Imperatores dici volunt, non alia de cauſa, qvam qvod Imperatorium titulum multo digniorem eſſe arbitrantur. Qvorum iudicium eo minus negligendum eſt, qvod praeter Orientis Reges, etiam in orbe Chriſtiano Galli Hiſpaniqve interdum affectarunt hunc titulum, qvem haud dubie nobiliorem eſſe autumabant. Nec tamen eo valere poterat recens ſumptus ille titulus, ut Galliae Hiſpaniaeqve Reges honoris gradu, et uſu Auguſti nominis proprie dicti, cum Romanorum Imperatore exaeqvarentur. Qvare deinceps hoc titulo abſtinuerunt, cum novi exempli eſſet, nec venerationis auguſtae gloriam tueretur apud ceteros Reges, qvos nihil forſan impediebat, qvin eundem aſciſcerent titulum, et ſuorum qviſqve populorum Imperatores ſe appellarent. Neqve id non licuiſſet ex diverſa cauſa Imperatori Ro. Auguſto, maxime propter antiqviſſimum Germaniae regnum, qvod inter reliqva Europae regna praecipuum, ac honore primum, et ſoli Romanorum Imperio, cuius ſummum caput eligit, ut originis auſpicio, ſic dignitate eſt ſecundum, arctisſimo ceteroqvin et ſempiterno foedere cum eo coniunctum. *Qvae non recte aſſecuti ſunt Thomas Wolphius Iunior, et Philippus Be-*

roal-

roaldus Bononiensis, qvod ex eorum epistolis, Benevenuti Imolensis libello, qvi Augustalis *inscribitur, subiectis patet, qvibus disceptatio de nomine imperatorio continetur.* Frustra autem contendit *Dupleixius*, fraudi esse Imperatorum dignitati, qvod ultimis seculis ignotum fuerit hoc nomen; contra illustris et pervagata Regum fama extiterit ante imperatores, eo, qvo dixi, significatu appellatos. Nam ea causa non est per se idonea, qvamobrem nomen regium imperatorio praeferatur, qvia Ro. Imperium altiori dignitatis gradu constitutum, et titulo augusti nominis sacratum, ac super omnia terrarum orbis regna evectum hodiernis etiam, qvaecunqve supersunt, regnis antiqvitate non fabulosa praestat, et explorate cognita temporis diuturnitate, multisqve aetatibus et seculis longe aliis dominatibus et regnis antecedit, gloriamqve huius rei suopte, nec ab inani ostentatione qvaesito praesidio, sustentat. Accedit moratiorum consensus gentium, qvae non modo non in dubium vocant splendorem huius nominis, sed qvoqve ultro confitentur et aestimant, ac Imperatorem eo praeditum, summo loco numeroqve habent. Qvo *praecipui* argumento se fulcit augusta dignitas, et si qvid innovetur, iustam contradicendi causam praebet, his maxime, ad qvos ea res pertinet, ut contra tot seculorum consvetudinem nihil mutetur. In eo enim profecto cum Imperatoris, tum reliqvorum omnino Regum ius versatur, neqvid unius auctoritate Regis fiat, qvod eiusmodi sit, ut titulorum inter Reges aeqvalitas tollatur. Idcirco *Io. Mariana*, Hispanus, idemqve diligens scriptor, haud adduci potuit, ut crederet, Innocentium II. comprobasse institutum Alphonsi VII. Castellae Regis, titulum non receptum, neqve regio non maiorem capessentis. *lib. X. c. 16. de rebus Hispan. Ante hunc Rodericus Toletanus lib.* VII. *c. 7. Rodericus Santius part.* III. *c. 31. Alfonsus Cartagena cap.* LXXVII. *Lucius Marineus l.* VII. *Franciscus Tarapha an.* MCVI. Ergo, fatente ipsomet Mariana, iniuriam

iuriam Germaniae fecisse intelligitur, qvi alienum usurpavit, titulumqve sibi non debitum ascivit; at moriturus denuo extinxit, revocato, ut par erat, nomine pristino, et duobus filiis, cum Regum titulo, heredibus institutis. Qvo sane modo Alphonsus VII. liberavit conscientiam, et successorum tranqvillitati consuluit, eosqve officii admonuit, ut sublata aemulationis causa, Reges ipsi graves Regum offensas, ac pericula vitarent, atqve in proposito aeqvalitatis titulorum retinendo perseverarent. Vivum certe Alphonsum nemo Regum pro Imperatore habuit, neqve Imperator eum agnovit, aut hoc nomine tituloqve unqvam appellavit. *Eodem fere modo existimare licet de Sanctio maiore, apud Hieronymum Blancam in commentario rerum Aragonensium p. 621.*

XVI. Qvamobrem non est, cur a priori sententia me deduci patiar, eorumqve in opinionem discedam, qvi negant, hunc Augusti titulum Ro. Imperatoris esse proprium, qvippe qvem Clodovaeo Francorum Regi collatum, scriptores omni exceptione maiores testentur, eo qvod Anastasius, Graeco-Romanus Imperator Augustus, missis ad Clodovaeum codicillis, eum honore et appellatione *Augusti* cohonestarit. *Qvam in rem legendus est Gregorius praesul Turonensis, et perantiqvus rerum Francicarum scriptor, qvi haec, qvae huius loci sunt, tradit:* ab ea die (*qva Clodovaeus ab Anastasio codicillos accepit*) tanqvam Consul et Augustus est vocitatus. *Histor. Fr. lib. II. cap. 38.* De qvorum sensu verborum diu magna contentione inter ipsosmet Gallofrancos disputatum est, qvorum aliqvi de imperio Augusto exponi posse arbitrantur, nominatim *Carolus le Cointe annal. eccles. Francor. t. I. an. 508. Qvem secutus est Antonius Pagi, in dissert. hypat. part. I. c. 8.* At enimvero hi Codicilli ad *Consulatum Vrbis honorarium*, non ad Imperium, aut summum Romae principatum spectabant. Qvo certe indicio hic Consulatus, qvi *Codicillaris* qvoqve dicitur, nihil iuris in Romam,

aut

aut Romanorum Imperium, aut *competentem* eius ratione proprium Augusti titulum dabat, sed solo honore externo, per Consulatum ab Anastasio concessum acqvisito continebatur, huiusqve ceremonia inaugurationis extra Vrbem, in transalpino Franciae regno, a qvo SPQR. longissime aberat, peragebatur. Mera igitur dignitas hoc nomine significatur, qvae non erat perpetua, neqve ad successores transibat. Contra verus propriusqve *Augusti* titulus cum summa Ro. Imperatoris potestate semper et ubiqve coniunctus est, omnibusqve successoribus debetur. Honorabat Regem Imperator, sed non secum exaeqvabat, nec potestatis, neqve tituli, cum ea nexi, consortem reddebat. Idcirco Gregorii testimonio abutitur Cointius, qvum Clodovaeo plus tribuit, qvam ei convenit, atqve ab hoc anno, qvo Anastasii voluntate Consulatum accepit, annos *Imperii* dinumerat, eosqve a regno Clodovaei distingvit. Perinde ac si huius concessu tituli novum in Francia Gallica Imperium, qvod ingeniose comminiscitur, constitutum fuisset. Magni enim honor ille habitus, et missis ab Anastasio insignibus, publice collatus est, sed suam ipsius dignitatem, et proprium suae dignitatis titulum in omnibus *concessionum* formulis Imperator excepit, neqve Clodovaeum creavit Imperatorem, sed Consulem declaravit, nec parem sibi constituit, sed nova, et nunqvam Francis attributa dignitate condecoravit, qvae in Vrbe qvidem et in Orbe Romano splendidissima, augustae tamen non aeqvalis fuit. Titulum sine Imperio datum concessumqve res ipsa evincit, et constans regii nominis, qvod tabulis Clodovaeus praescripsit, usus, regniqve, cum heredes institueret, divisio, nulla, neqve imperii, neqve imperatorii tituli mentione facta. Verba *Turonensis* summae eius dignitatis, qvam Imperatores augusto nomine praeferunt, et suo ac perpetuo iure obtinent, imitationem qvandam ostendunt, et insignem adhuc diversitatem inter u-

trosqve, Imperatorem et Regem, alterum concedentem, alterum accipientem relinqvunt. Praeterea id nativa conditio rei concessae reqvirit, et ex natura *actus concessionis* seqvitur, ut Consulatus intelligatur, regio honori congruens, qvo Regis dignitas, manente regno, augeatur, ita ut *Clodovaeus tanqvam Consul et Augustus*, dignitate ab Imperio et *Imperatorio culmine* seiuncta, *vocitetur*. *Papirius Massonus* de concesso collatoqve *patriciatu* interpretari voluit, *Cassiodori*, ut arbitror, oblitus, qvi allatis *libro sexto* formulis, gnaviter distinxit. Sed praeter nomen dignitatis expressum, a qvo minime recedendum est, insignia qvoqve Consulatus, qvae cum ea dignitate coniunxit Gregorius, fidem novi scriptoris infirmant. *Annal. Francor. l. I.* Itaqve Consulatus per epistolam Clodovaco tributus est, ut splendidissimum Vrbis Consulatum, in solenni, si procederet, pompa imitaretur, non ut per eum ius Imperatorium, sive imperium a regno diversum, eiusqve ratione propriam Augusti nominis dignitatem inter Francos conseqveretur. Omnino id cognorunt cordatiores Franci, et usu probarunt, ab eoqve titulo, in qvo singulare qviddam et praecipuum inest, recto modestiae exemplo abstinuerunt, omnesqve Reges et populi moratiores cum veneratione qvadam observarunt, summumqve terrarum orbis Principem *Augusti* nomine designari, magna consensione censuerunt, et primi etiam Francorum Reges perpetuum hunc et sacrosanctum *Augusti* titulum significantiore, et *Semper Augusti* cognomine exprimendum putarunt, eiusqve exemplum rei prisci Francorum scriptores conservarunt, posterisqve retinendum tradiderunt. Vtuntur prorsus iure suo, qvod in eorum, ut ita dicam, visceribus inhaeret, Imperatores, titulumqve sine aemulationis causa susceptum, et antiqvissima possessione servatum, qvasiqve cum Imperio natum, et continua succedentium Imperatorum serie propagatum tuentur. Alii Reges nomen *Imperatoris* raro, *Augusti* rarissime, nec proprie, et separatim

sem-

ſemper ac ſeorſim a titulo Imperatoris, contra *Imperatoris Augusti* nunqvam uſurpant, qvod tabulae docent, et inſtrumentorum in Gallia, Hiſpania et Anglia editorum formulae, qvae vitio temporum carent, et apud domeſticos externarum rerum ſcriptores extant. Franci *Meroveadum* ſucceſſores vel ob ſtirpem Carolovingorum auguſtam, ex qva prognati ſunt, vel ob regnum Franciae, in qvo auguſtis Imperatoribus, diviſione facta, ſucceſſerunt, aliqvando, nec proprie, nec eodem ſcribendi tenore, neqve ordinario et continuato Curiae uſu, nec perpetuo, atqve ad poſteros transmiſſo titulo, neqve ab Imperatoribus, qvorum ea in re honor vertebat, neqvè a Regibus aliis, ad qvos tanti momenti negotium ex capite aeqvalitatis regiae ſpectabat, approbato nomine utebantur. Vnum et alterum exemplum non infringit confirmati iuris titulum, ſoli Imperatori debitum, qvem nulla vetuſtas conficere potuit, qvemqve perpetuus omnium ſeculorum uſus, cunctis tacite conſentientibus populis, uni Romanorum Imperatori tribuit, ac *praecipui* iure ſemper, et ſumma ratione addixit. Qvae autem raro fiunt, et praeter regulam, perinde ac ſi non facta eſſent, aeſtimantur, praeſertim qvum moris *pragmatici*, inter gentes recepti forma nominum dignitates metitur, et congruentes cuiqve titulos oſtendit, qvorum diſcrimen adeo non tollit, ut qvoqve proprios, et ex ſingulari cauſa qvaeſitos, eosqve perpetuos, ac neqvicqvam intermiſſos, et nullo unqvam contrario uſu mutatos, a ceteris diſtingvat, confuſionemqve inprimis vitet. Haud ſecus innovandi cupiditatem fugit, et *Augusti* titulum unice *Imperatori* aſſignat, qvem praeter ſacram eius nominis dignitatem, ultima antiqvitas ſuffragio ſuo defendit. Convenit hoc cum ſtylo et ſententia Romanorum, inter qvos Capitolinus ſcribit. *Gordianus Caeſar* (deſtinatus Auguſto ſucceſſor) *ſublatus* (in altum, ſive elevatus, ut alibi loqvitur) *a militibus, Imperator eſt appellatus, id eſt, Auguſtus. cap.* XIV. *in Maximino et Balbino.* Vnus

ergo

ergo est Imperator Augustus, summa et sacratissima auctoritate praeditus, qvo nomine etiam celebratur a piis, et in civitatem Dei ascriptis doctoribus, ex qvibus Fulgentius, *In seculo*, inqvit, *Christiano Imperatore nemo celsior invenitur. L. II. de Ver. praedest. et gratia, qvod repetitur in Capitularium lib. V. c. 319.* Apud Gothos haud aliter existimavit Theodericus Rex prudentissimus, et teste Cassiodoro, ad Anastasium Imperatorem scripsit. *Vos totius orbis salutare praesidium, qvod ceteri dominantes iure suspiciunt, qvia in vobis* SINGVLARE ALIQVID *inesse cognoscunt. Var. l.* I. *ep. 1.* Inter Francos Theodebertus luculentum summi huius nominis testimonium dedit, et Iustinianum Semper Augusti titulo veneratus est; eodem honore Mauritium affecit Childebertus, uterqve Rex Franciae, et consvetudinis scribendi haud ignarus. Epistolae, qvae fidem afferant, legi possunt *in tomo* I. *scriptorum Francorum Duchesnianae editionis p. 862. 866.* Extra tituli inscriptionem, et in ipso epistolarum *contextu* Imperator ibi nominatur *Augustus, piissimus Augustus, serenissimus Augustus, p. 869.* Et Imperatoris Augusti Coniux dicitur *Augusta Serenissima, p. 873.* Alio in loco, *Domina gloriosa atqve inclyta Augusta*, qvo titulo Anastasium excepit regina Francorum Brunechildis, *p. 867.* Iniqvum ergo postulatum fuit, superiori congressus Monasteriensis tempore, qvo titulus perantiqvus, et plurimorum possessione seculorum firmatus, aemulatione qvadam in controversiam vocatus, sed magna animi constantia servatus est, cum pacificus Imperator, qvae suae partes essent, declararet, titulumqve documentis et rationibus defenderet, ac nihil contra dignitatem suam fieri sineret, atqve in eo optimi, et amantissimi patriae Augusti officio fungeretur. Sane qvam egregium, et observatu dignum modestiae specimen, ac singularis erga Imperatorem reverentiae argumentum est, qvod Reges Septentrionis nulla aemulatione commoti, religiose et constanter ab hoc titulo

abs-

abſtinuerunt, qvamvis regna Cimbrorum Gothorumqve antiqviſſima tenerent. Recentior eſt *Chriſtianiſſimi* titulus, qvippe ſeculo XV. a Capetinis Regibus ſumptus, et ante hos in loco *epitheti* habitus, neqve in *Karolini* aevi curiam receptus, qvem tamen pro aeqvitate ſua Imperatores non impugnarunt, nedum moderationis ſuae fines tranſierunt.

XVII. Ex his demum intelligi poteſt, Reges Francorum nihil de *maieſtate* huius tituli delibaſſe, nec, ut maxime voluisſent, delibare qvicqvam ac detrahere potuiſſe, qvippe qvem Imperatores ex ſingulari cauſa qvaeſitum, et ſummae venerationis auſpicio ſuſceptum, ab ultimis inde ſeculis proprium et perpetuum, *praecipui* indicio retinuerunt, eumqve externi etiam Reges, citra et ultra Alpes, finitimi ac remoti, nullo repugnante, agnoverunt. Non eqvidem diſſimulo, Regibus ſecundae ſtirpis nomen *Imperatoris* tribui, ſed non *proprio*, nec *pleno* uſu, qvem rei veritas, et vetus Curiae Romanae conſvetudo reqvirit. Verbum *Auguſti* in Regum tabulario inſolens, et ſemel, qvod legerim, ac praeter Curiae conſvetudinem uſurpatum, qvaſiqve extra *propriam ſedem* poſitum, non mutat eius vim ſignificationis, qvam per ſe habet. Ex primo enim imponentium inſtituto, et uſu proprio ad auſpicii Imperatorii ſanctitatem pertinet, et titulo *Imperatoris* ſummam venerationem addit, maximumqve ſplendorem. Nemo ex omni Regum numero titulum *Imperatoris Auguſti*, aut *Semper Auguſti* ſuſcepit unqvam et ſibi aſcripſit. Evolvantur annales, replicetur memoria temporum, inſpiciantur tabulae, perqvirantur omnia et excutiantur: nemo inter Reges, qvi ita ſe ſcripſerit, invenietur, uno duntaxat *Rege Romanorum* excepto, qvi veteri more idem erat, ac Imperator electus, necdum vero conſecratus atqve inauguratus. At ſecus multi exiſtimant, et exempla proferunt, qvae obeſſe qvidem huic ſententiae videntur. Inter alios *Iacobus Gothofredi*, Iureconſultus acri iudicio, et varia

E doctri-

doctrina praeditus, *Graecorum Imperatorum* concessiones obvertit, nec tantum Augustorum, sed etiam Imperatorum nomen Francorum Regibus, Dagoberto, Ludovico Crasso, et Ludovico Iuniori tributum esse contendit. *In Diatriba de iure praecedentiae aph. XXV.* Sed monumenta non inspexit, et rationes praecipitavit. Non enim Dagobertus, sed Clodovaeus, *tanqvam Consul et Augustus*, ab Anastasio dictus, neqve is, neqve alius qvispiam, primo huius nominis auspicio *Augustus*, multo minus *Imperator Augustus*, coniunctim est appellatus. Reliqvi, qvos enumerat, Reges, non *Augusti*, nedum *Imperatores Augusti*, sed Imperatores, sine imperio, nec proprie, neqve titulo *Curiae*, et raro, extraqve usus *pragmatici* formulam, ab aliis vocati sunt, ut *veteres chartae, qvas ex auctore Gallico anonymo commemorat, propius inspectae nihil contra me probent.* Aliorum ne mentionem qvidem facere attinet, qvorum titulus ab *Imperatorio* Augusto est maxime seiunctus. Qvorsum referri debent *Ludovicus Balbus, Karolus Simplex, Odo, et Ludovicus Transmarinus*, qvos non fuisse Imperatores, Galli peritiores ipsimet fatentur. *Stephanus Baluzius in notis ad P. Marcam de Concordia Sacerdotii et Imperii lib. VI. c. 25.* Titulus autem *Imperatoris* non iure Imperii, nec usu curiae, sed perraro in qvibusdam privilegiorum formulis, et epistolis, etiam dubiis, perscriptus, ac Odoni qvoqve non legitimo Galliae Regi, nec sine falsi suspicione additus, neqve a Romanorum Imperatore admissus et agnitus, neqve ab aliis Regibus comprobatus, neqve ad usum Curiae adscitus, neqve constanter servatus, et ab ipsis denique inventoribus, eorumqve successoribus est intermissus. Eo minus probant nomina Regibus Francorum extra moris *pragmatici* formulam, a Pontificibus et Praesulibus tributa, ut *epithetorum* numerum impleant, non ut titulorum, qvos verus *Curiae* usus definit, loco habeantur, qvod *Ludovici Balbi, Odonis, et Roberti* Regum causa observandum. Neqve eo secius

cius de *Lothario* et *Ludovico* Regibus admonendum est, titulum *Augusti* ab Imperatorio seiunctum, qvi rarissime illis ascribitur, nihil ostendere praeter inane simulacrum, qvod a primo eius, de qvo hic agitur, tituli auspicio, et proprio perpetuoqve usu qvam longissime abest. Qvocirca Rex Clodovaeus, Consul ab Anastasio renunciatus, a qvo nominis Augusti initium et originem vulgo repetunt, nunqvam usus est *Augusti* titulo, contentus nomine INLVSTER, qvod propter *Consulatum honorarium* suscepit, tabulisqve praescripsit. *Dufresnius in Glossar. ex eoqve Mabillonius de re Diplomatica lib. II. c. 3.* Idem hoc iure ac merito possum affirmare de Anglorum Regibus, qvorum nullus adhuc dictus est *Augustus*, vel *Imperator*, usu proprio, atqve in formulas Curiae relato. Secus atqve se res habet cum *Imperatoris Augusti* titulo, qvi a *primo acqvirente* ad successores transiit, et cum auspicii sanctitate continuatus est, summaqve semper cum veneratione servatus. At non eandem rationem et viam ingressi sunt Angliae Reges, *Edgarus, Ethelredus, et Gvilelmus II.* qvi primo *Augusti* tituli auspicio caruerunt, et cum ad augendam regni gloriam, vicinorum aemulatione exciti spectarent, nomen *Imperatoris* pro *epitheto* asciverunt, neqve ad excellisissimum illud Caesareae et augustae dignitatis fastigium pervenerunt, ac intermisso qvoqve *Imperatoris* nomine, ad pristinam consvetudinem modestiamqve redierunt, et posteri atqve successores ab incepto tam invidioso, et aemulationis pleno sapienter abstinendum putarunt. Qvaerit tamen, qvod obtendat, *varia vir doctrina Ioannes Seldenus*, et nomen, qvod proprio *charactere et symbolo* historia Romanorum definit, ex populari qvodam usu aestimat, nec *epitheta*, neqve appellationes ex alia qvacunqve causa factas, a singulari et perpetuo titulo secernit. *De titulis honorum part. I. c. 2.* Proxime huius argumenti partem attigit *Gerardus Feltmannus*, Iureconsultus apprime doctus, sed cui

non

non licuit tam esse liberali, ut negaret, titulum esse proprium, et concederet, alios qvoqve Reges eum sibi vindicare posse. *Tract. de tit. honor. l. I. c. 29.* Qvem minus caute, nec tanto par instituto secutus est novus *annotator* Seldenianus, qvi ducem in hoc genere, qvem seqveretur, accuratiorem deligere potuit *Io. Henricum Boeclerum, cuius extat elaborata, et ob civilis philosophiae momenta elegans dissertatio, qvam de auspicio regio inscripsit.* Nihilo autem est emendatior sententia *Antonii Matthaei, eruditi alioqvin doctoris Batavi,* Imperatores cumprimis ob Tribunitiam potestatem, *sanctissimos et sacratissimos* dici existimantis, *de Nobilitate lib.* I, *c. 3.*

XVIII. Tandem pro eo, ac par est, concludo, et omni asseveratione affirmo, hunc, in qvo explicando multus fui, hunc, dico, unicum esse titulum, qvo inter cunctas nationes et gentes, sine ambitione gloriatur *electus Romanorum imperator* LEOPOLDVS, summus idem ac religiosissimus orbis Christiani Princeps, Regumqve maximus, et supra omne regium in terris fastigium evectus, ac suo proprioqve, et singulari prae aliis nomine *venerabilis*, et sancto perpetuoqve iure, omnium Principum ac populorum, qvos humanitas imbuit, consensione AVGVSTVS, et constanti, neqve interrupto plurium seculorum usu, diutissimoqve, nec unqvam intermisso Curiae more, cui nemo contradixit olim, neqve ulla veri specie contradicere qvisqvam potuit, pleno et rem magis declarante titulo, qvem sermo Teutonicus, fundamento *praecipui* salvo, ad significatum *amplificandi* deflexit, SEMPER AVGVSTVS, auspicio divinus, re sacratus, exemplo sanctus, et uno hoc nomine omnem gloriam, summamqve venerationem complexus.

AETERNITATI. AVGVSTAE.